





*Reich. Abrah. Moeller de iure exercit. fabr. lib.*  
DISSERTATIO POLITICO-IURIDICA IN AVGVRALIS  
SISTENS  
DE

IVRE SVBDITORVM  
EMIGRANDI *1769, 1.*  
CVM PRIMIS EXTRA TABVLAS PACIS  
WESTPHALICAE RESTRICTO  
*SPECIMEN PRIMVM*

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE  
DOMINO  
DOMINO FRIDERICO II.

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

IN ACADEMIA HASSO-SCHAVENBURGICA  
ILLVSTRIS IVRE CONSULTORVM ORDINIS INDVLTV

PRAESIDE  
VIRO ILLVSTRI ET CONSULTISSIMO  
Dn. REINH. ABRAH. MOELLER

IVR. DOCT. ET PROF. PUBL. ORD. ORDINIS SVI H. T. DECANO  
PATRONO AC PRAECEPTORE SVO AETERNUM COLEND

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA DOCTORIS  
LEGITIME CAPESSENDI

EXCELLENTISSIMORVM ACADEMIAE PROCERVM  
PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT AVCTOR

JOANNES CHRISTOPHORVS KRGV  
NIDERZELLA - HASSVS.

D. IVNII 1769. H. L. Q. S.

RINTELII IMPRIMEBAT I. G. ENAX, A. T.

DIGESTIUS COLLEGIALE INVAIGRATIS  
21 TERRA

# LIBER SAVDATORVM

## EMIGRUNDI

CAMPRIUS EXTRA TERRITORE TACIS  
WESTHALLICAE REGITOTO

RECOLGE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO AC PONTIFICISSIMO PRINCIPIS  
DOMINO

## DOMINO FREDERICO II.

HABEAT FUNDATAM IN HONORIBUS  
IN ALABAMIA HABEBITUR VITAM

ALABAMIA HABEBITUR VITAM  
ALABAMIA HABEBITUR VITAM

ILLVSTRISSIMIS ATQVE EXCELLENTISSIMIS  
DOMINIS  
DOMINIS  
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI  
**HASSIÆ LANDGRAVII**  
RELIQVA  
AD  
SANCTIVS CONCILIVM  
QVOD CASSELLIS EST  
VOCATIS PATRIBVS  
STATVS ADMINISTRIS  
ET  
CONSILIARIIS INTIMIS  
DO-

DOMINO  
IACOBO SIGISMVND  
WAITZ L.B. AB ESCHEN

STATVS ADMINISTRO  
REDITVVM PRINCIPIS CVRIAEC AC SVPREMI RERV M  
ETALICARVM TRIBVNALIS NEC NON COMMERCIORVM  
CAVSSA INSTITVTI COLLEGII ATQVE INCLYTAE SO-  
CETATIS DE EMENDANDA AGRICVLTVRA QVAE  
CASSELLIS FLORET PRAESIDI

DOMINO  
CAROLO L. B. DE BOSE

STATVS ADMINISTRO  
GENERALI LEGATO COPIARVM METROPOLEOS GVBER-  
NATORI SVPREMO SECUNDÆ COHORTIS PRAE-  
TORIAE PRAEFECTO ORDINIS CATTORVM  
MILITARIS EQVITI

DOMINO  
LEONH. HENR. LVDOV. GEORG.  
L. B. DE CANNGIESSER

STATVS ADMINISTRO  
SVPREMI APPELLATIONVM TRIBVNALIS PRAESIDI  
INCLYTARVM ACADÉMIARVM MARBURGENSIS AC RINTE-  
LIENSIS NEC NON COLLEGII CAROLINI  
CVRATORI

DOMINO T<sup>2</sup>VI  
**MAVRITIO WILHELMO**  
**L. B. DE ALTHAVS**

STATVS ADMINISTRO  
REDITVVM PRINCIPIS ATQVE PROVINCIALIVM NEC NON  
AERARI<sup>I</sup> MILITARIS CVRIA<sup>E</sup> DIRECTORI SVPREMO  
NEGOTIORVM BELLICORVM CVRATORI

DOMINO  
**ALEXANDRO EVGENIO**  
**L. B. DV ROSEY**

STATVS ADMINISTRO  
SVPREMO AVLAE MARESCHALLO ET SVPREMO  
AEDILITATIS DIRECTORI

NEC NON  
**PERILLVSTRI DOMINO**  
**GEORGIO LENNEP**

REFERENDARIO INTIMI STATVS EIVSQVE CANCELLARIAE  
DIRECTORI  
SVPREMI TRIBVNALIS APPELLATIONVM  
CONSILIARIO

IVSTITIA ET CLEMENTIA  
FIDE ET SAPIENTIA  
INCLVTIS  
LITTERARVM STATORIBVS  
OPTIME DE PATRIA MERENTIBVS  
**DOMINIS**  
ET  
**MAECENATIBVS SVIS**  
INDVLGENTISSIONIS  
CVM AMPLISSIMO  
OMNIGENAE FELICITATIS VOTO  
PIETATIS MONVMENTVM HOC SACRVM ESSE  
VOLVIT  
**AUCTOR.**



## Praefatio.



ostquam arithmeticā, quam Angli: *Political Arithmetic*, Galli: *Calcul Politique*, Arithmetique Politique, Germani *Stats Rechenkunst* vocant, ingeniosa ars, cives in republica numerandi, magno politicorum ac eruditorum conatu, conservandae et augendae reipublicae esse cœpit: atque cunctis fere rerum divinarum ac humanarum scientiis mirificam dedit fœcunditatem: Studium prudentiae civilis in hac principali parte, nimirum doctrina conservandi atque multiplicandi civitatis incolas, non potuit non notabiliter emendari, augeri, clarificari. Atque etiam nec eruditorum certamina pro hac disciplina perpolienda, nec fervorem de eadem bene merendi, prius defervescere aut finiri credendum est, quam ad majorem pervenerit perfectionem, et quod optandum foret, de-

A incepſ

incepit in peculiare ac perfectissimum systema redigatur. Tantum vero abest, ut res jam eo usque redierit, ut potius eandem adhuc inopem congruo nomine, quod neque vocabulum Germanicum Bevölkerung, neque Gallicum population, peuplade, ad indolem totius rei exprimendam sufficeret, haud immerito animadvertisat Vir Acutissimus A. L. SCHLÖZER. (a) Ego quidem verbosiorum Graecorum linguam in adaequato nomine inventiendo, hoc enim in tot aliis noviter detectis scientiis feliciter evenisse constat, jam nec leviori auxilio fore putem: utrum vero vocabulum ἡ πολυαιθρωποια, latine poliandropœia in exprimenda hac peculiari scientia, desiderio atque exspectationi eruditorum respondeat, nec ne? sit judicium eorum, qui in arte critica de principiis contendunt. Ad rem quod attinet, est scientia, quæ modum tradit cives in republica conservandi atque multiplicandi. (b) Media autem vel positive s. extrinsecus; vel negative i. intrinsecus perficiuntur. Positive, quando regiones incolis aliunde accessitis frequentantur; quod proprio vocatur Bevölker. Negative, dum de propagandis hominibus, conservanda eorum sanitate, et præcavenda subditorum emigratione sollicita cura adhibetur. Interna media multum et natura, et certitudine, et celeritate, et usu externis praestare, jam alii concinne demonstrarunt. (c) Cum vero homines in iis, quæ ipfis

(a) In diatriba: von der Unschädlichkeit der Pocken in Russland, und von Russlands Bevölkerung überhaupt 3 St. S. 65. Ammerk. 1.

(b) Essai politique sur le commerce par Mr. de MELON p. 320.

(c) Celebr. Schlozer I. d. IV St. 11 Cap. § 17. S. 134. seqq.

ipsis noctura sunt, modo iisdem fucate profutura videantur, saepenumero nimis securi, protervi atque injusti esse soleant: necesse est, ut hi in civitate ad id agendum, aut omittendum, quod saluti communi conducit atque nocet, justa vi cogantur. Has ICti partes in praecavenda emigratione jam pro mediocritate ingenii tueri nobis proposuimus, eamque hac de re differendi fecimus legem, ut in *Sect. I.* de indeole emigrationis in genere: *Sect. II.* de emigratione ex prudentiae civilis principiis. *Sect. III.* de eo quod justum est circa emigrationem. *Sect. IV.* de crimine emigrationis agamus.

## SECTIO I. DE EMIGRATIONIS INDOLE IN GENERE.

### §. I.

Cum ex verbis ipsa rerum natura pateat, probante **GELLIO**, (d) et juri operam daturum, docente **ULPIANO** (e) ad omnem in verbis latentem obscuritatem,

A 2 ambigui-

ubi in his verbis: hätte Ludwig der XIV. nicht das Edict von Nantes wiederrufen, und ein deutscher Erz-Bischof seine Protestantische Untertanen nicht zum Auswandern gezwungen; so würde Preussen noch nicht Preussen seyn, pro parte secutus est cogitationem Mr. de BEAUMELLE, quam vero perfirxit Anon. in den-

Beyträgen zu den Gedanken des Hn. v. B. nebst einer neuen und verbesserten Übersetzung dieser Gedanken, nach der Siebenten Französischen Auflage. Berlin und Leipzig 1754. S. 55. Anmerk. b)

(d) Noct. Att. L. 13. c. 10.

(e) L. 1. D. de J. & J.

ambiguitatem, errorumque genitricem evitandam, in indagandis nominibus attentum esse oporteat: Haud ab re arbitror esse, me de emigratione, dictione amphibolica, acturum, ab expositione vocis primitivae ejusque indole dissertationem exordiri. *Migrationis vocabulum proprium (f) pro actu corporis humani acceptum, in sensu lato, graecis μετανησις, actionem significat hominis alio se conferentis. In stricto nostroque juri magis attemperato significatu generatim, ad habitationis mutationem indicandam, usurpatum.*

### §. II.

Migratio autem in diversas, quae sub tripartita generali divisione continentur, dispelcitur species. PRIMA divisio a nexu personarum migrantium est arcessenda. Quemadmodum enim vel ad nexus respicimus, qui inter gentes aut imperantem atque subditos intercedit; vel de jure privatorum inter se disceptatur; ita et migratio in publicam atque privatam dispergitur. ALTERA, ex diversa oritur migrandi causa. Vt pote enim causa est vel justa injustave; ita migratio in justam atque injustam: vel ut illa est voluntaria aut involuntaria, ita haec in voluntariam atque necessariam (g) dividitur. TERTIA denique

(f) Theologi ac Rethores saepius improprie hac voce utuntur: neque jus Romanum metaphoricis migrationibus vacare, docent exempla L. 6. D. de divortiis. L. 3. C. de apost. L. 2. C. Theod. eodem et L. 2. C. Theod. de censitor.

(g) De utriusque satis nota subdivisio in laudabilem, vituperabilem et indifferenterem, non est ut dicam; bene vero de illa, qua in simpliciter et secundum quid tales dispescitur. Vid. GE. CHRIST. GRIESINGER in diss. sub praesi-

denique ex fine, quo migratio tendit, aestimata, format partitionem in plenam ac minus plenam migrationem. Plena cum animo sedem fortunarum plenarie commutandi est conjuncta, id est, proposito, se suamque familiam atque honorum substantiam, civitati, cui quis adscriptus est, penitus subducendi; quae proprie EMIGRATIO vocatur. Minus plena est duplex: una, qua quis domicilium sua sponte, salvo subjectionis nexu mutat, aliudve in alio loco, intra tamen fines ejusdem reipublicae, sortitur. Haec ut a priori distinguitur, EMIGRATIO MINVS PLENA (b) melius TRANSMIGRATIO (i) nuncupatur. Altera quae a conductore, nudam habitationem mutante, praedicatur, in sensu juris proprie MIGRATIO (k) dicitur.

### §. III.

Nostri instituti objectum est plena migratio s. EMIGRATIO cujus descriptionem dedimus §. antec. Verum in

dio FERD. HARPRECHT, Tüb. 1755. habita §. V. et VI. Genuinam vero utriusque differentiam solide exposuit cel.

IOH. CHRIST. RUDOLPH in observ. de jure emigrandi, transmigrandi subditorum eorumque expulsione et transplantatione.

(b) Quod probatu facillimum est ex scriptis, quae de censu emigrationis existant. cf. MAGN. PERANTIQUAE MARBURGENSIS ACADEMIAE PRO-

cancellarius IOH. GE. ESTOR in der bürgerlichen Rechts-Gesellschaft der Deutschen Th. 2. §. 3469.

(i) Cel. RUDOLPH I. d. §. VI.

(k) Interdictum de migrando in gratiam conductoris migrantis a Praetore introductum in Libr. D. XLIII. Tit. XXXII. adseratur: in quo tamen vox emigrare, ut HARPRECHTIO I. d. §. 2. erronee videtur, plane non occurrit.

in ea nunc definienda retinemus definitionem ab IOANNE CHRIST. RVDOLPH Antecessore in Academia Erlangensi meritissimo datam: quod sit actus quo subditus perpetuus a republica recedit. Minus accurate IO. GE. SIMON (l) quem LAVTERBACHIVS (m) aliquie sunt secuti, illam definivit (n) per facultatem domicilium penitus et civitatem commutandi, seque cum omnibus bonis pro libitu alio recipiendi. Reliquum emigratio etiam desertio civitatis, et in vernacula: das Emigriren, Ausstreten der Untertanen, Auszug, Abzug vocari solet.

#### §. IV.

Ne quicquam autem dissimulasse, aut opere tantum tectorio, ut ajunt, rem exornasse videamur; scriptorum,

(l) In praesidio academico Francof. et Lipsiae 1787. in 4. ed. Part. II. diss. XI. de emigrat. Cap. 1. Thes. 1. n. 1. p. 613.

(m) In Colleg. theor. praet. P. III. L. XLIII. tit. XXXII. §. V.

(n) Ex triplici ratione haec definitio falsa videtur, 1.) quod emigratio non consistit in facultate libere discedendi, nisi justa praecesserit causa. 2.) Quod definitionem emigracionis haud ingredi debeat notio domicilii. Nam recte civitatem a loco et urbe distinguit ARISTOTELES L. 3. Polit. cap. 2. Domicilium vero, ut ipse LAVTERBACHIVS vol. II. diss. jun-

ctim edit. disp. LXXII. de domicilio fatetur, consistit in habitatione, sede locove, ubi quis sedem fixam habere intendit; cum universalis domicili usus hodie cessat, et Patria improprie domicilium vocatur. 3.) Quod emigratio non necessario cum commutatione civitatis sit conjuncta; si desertor civitatis viam eligeret vagabundam, aut turpem ad praedas agendum conflatam amplectetur societatem. Licet tales perdita nequitia praeeditos homines, ubivis gentium delinquere, nemo unquam negaverit.

ptorum, quae huic rei illustranda inserviunt, quibus etiam respublica litteraria paene abundat, dabimus indicem. Huc collimant cum politica, quae regulas prudentiae civilis, (o) praeprimis circa augendos atque conservandos cives (p) tradunt: Tum iuridica, quae edita sunt scripta de jure emigrandi tam in genere, quam de emigratione ex causa religionis in specie (q) de

(o) In quo scientiarum genere inter illustres personas seducem atque principem praebeuit G. M. Comes Schaumburgi, Lippiae et Sternbergae, PHILIPPVS ERNESTVS, qui academiae Marburgensi valedeturus, prudentiam civilem delineavit, eamque publicae ventilationi 1677. exposuit.

(p) Nonnulla recenset Cel. GOTTFR. ACHENWALL in der Staats-Klugheit Th. I. B. II. Hauptf. XII. adde Ihrer Kaiserlichen Majestät von Russland Instruction für die zu Verfertigung des Entwurfs zu einem neuen Gesetzbuch verordnete Commission, Duga und Mietau, Cap. XII. et celeb. SCHLÖTZER von der Unschädlichkeit der Pocken in Russland, und dessen Bevölkerung überhaupt.

(q) CHRISTOPH SUANMANN de jure emigrat. et detraet. Lips. 1642. 12. 10. GEORG

SIMON de jure emigrandi Jenae 1670. conf. §. III. diss. not. 1) HORN de desertoribus civitatis. HENR. HILDEBRAND de intempestivo civium discessu cohibendo Altorf 1716. CHR. FERD. HARPRECHT de jure subditorum emigrandi restricto, resp. GEORG. CHR. GRIESINGER Tübingae 1755. IO. FRANC UNGER an emigratio subdito denegari queat? WÜRBURG 1750. IOAN CHR. RUDOLPH observat. de jure emigrandi. ERLANGAE 1756. conf. §. II. diss. not. g) accessit ejusdem diss. de transplantatione subditorum in locum emigrationis vel expulsionis religionis causa non substituenda ad I. P. O. art. V. §. 36. ERLANG. 1768. reliquorum, de emigratione ob religionem, indicem exhibent, Viri illustres IO. STEPH. PÜTTER in elem. juris publ. germ. L. VI.

de censu emigrationis, (r) de jure belli, foederum pangendorum, conquirendi milites, exteris militandi atque avocandi vasallos, (s) nec non de territoriali potestate (t) ac subditorum homagio, (v) confinazione, expulsione atque transplantatione, (x) aut quaecunque alia, his adnumerare velis. (y) Age! quid plura? inquies. Attamen quaeso! inter hos omnes, quorum plerique libertatis germanicae strenuos egerunt vindices, qui idem, quod nobis arrisit, dissertationis argumentum, in arenam disputatoriam publice protulerit, illudve ex omni parte absolverit, reperies neminem.

## SECTIO

C. I. S. III. §. 639. et FRANC. DOMIN. HAEBERLIN in suis atque b. PERTSCHII annot. in Schmaußii comp.iur. publ. L. III. C. III. §. III. p. 612. not. a).

(r) Vid. PÜTTER l. d. HAEBERL. l. d. L. III. C. IV. §. 18. pag. 651. atque GENEROSISS. IOANN. CHR. DE SELCHOW. in Elem. J. G. priv. hod. §. 223.

(s) PÜTTER L. V. C. VI. per tot. HAEBERLIN de libertate foederum pangendorum L. III. C. IV. §. XX. p. 653. et L. II. C. 13. exteris militandi L. III. C. IV. §. 23. p. 659. de conquitione militum p. 660. et 661. n. ff. de jure avocandi vasallos p. 715. seqq.

(t) HAEBERLIN p. 585.

(v) Id. p. 619.

(x) Id. p. 716. adde HENR. HILDEBRAND. ibidem allegatum diss. de resignatione homagii recusam ALTORFII 1757.

(y) Ceterum me quisquam facile levabit labore, omnes persequendi scriptores, qui in reliquis migrationum speciebus exponendis desudarunt; ac de migratione gentium, Electorum, aliorumque Principum migrationis jure, militum transitu; de legatorum, studiosorum, mercatorum jure, privilegio usu et obligatione scripserunt. De quibus summatim egit b. IOANN. OEST in dissert. inaug. de Jure migr. Marb. 1708.

## SECTIO II.

DE EMIGRATIONE EX PRUDENTIAE  
CIVILIS PRINCIPIIS.

MEMBRVM I.

DE EMIGRATIONE DISSVADENDA.

## §. V.

Quamprimum, multiplicato genere humano, ad beate in terra vivendum, mutua relatio moralis, per quam nos universaliter ad commune bonum promovendum interne obligamur, non sufficiebat; sed majus, immo perpetuum ac firmissimum felicitatis praesidium, quod vim improborum vi defenderet, requireretur, ut eadem haud impedita prosperitate fruerentur homines, ad quam natura humana ex communione omnium voto ac intentione admitti solet: Patres in maiores societas, quas CIVITATES vocamus, ad communem securitatem atque salutem conjunctis viribus sub imperio civili per remedia justa obtainendum, coierunt. Ideoque naturae hominum, eorumque probabili intentioni & consequenter pacto de salute publica obtainenda constituto, sine quo finis reipublicae nusquam obtinetur, consentaneum est, ut omnes homines omnium generum, quotquot in civitate vivunt, conjunctissimam, universalem, perpetuam arque immortalem, usque dum aliud quicquam convenerit, contraxerint societatem. (z)

## §. VI.

(z) GROTIUS L. 2. C. VI. §. 4.

B

## §. VI.

Posta autem civitate: ponitur ejus essentia, quae in numero tot civium consistit, quotquot eorum in civitate pro intrinseca ejusdem possibilitate, ea, quibus ad vitae necessitatem, commoditatem, jucunditatem, atque securitatem egent, consequi possunt. Nec mirum, si pleraque et maxima felicitatis genera, quae rem publicam rigant, ex hac civium copia, tanquam ex scaturigine promanant. Plus contra, quam par est, civium numero aucto vel imminuto, respublica indubitanter impeditur, quo minus optatam salutis metam contingere queat. Ex quo haud difficili negotio perspicere licet, quid reipublicae intersit, intrinsecam nostrę civitatis virtutem, atque numerum civium fini reipublicae consequendo parem, aut, ceu res postulat, augere atque tueri: (a) quam perperam vero res in civitate sint constitutae, si mensura communis salutis, ex qua spiritus civitatis pendet, subditorum arbitrio relinquatur, omnibusque et singulis quasi praeda concedatur.

## §. VII.

At hoc in spontanea contingit emigratione: Qua discedentes, relicta Patriae salute, non nisi suo servient

(a) Egregie rem illustrant Msr. DE MONTESQUIEU de l'Esprit des Loix, cfr. les œuvres Tom. III. Livre XXIII. Msr. MELON chap. III. & XXIV. Msr. DE BILEFELD Tom. II. chap. XIV. Otto Dietrich Lütkens Untersuchung des Saches, daß die Glückseligkeit eines Reichs in der Menge des Volks bestehe. In den Decomonischen Gedanken Theil V. Heumann im Geist der Gescheide der Deutschen Cap. XI. §. 2. S. 121. Cel. Achennyall loc. d. Hauptstück XII. et Schlozer 4 St. III. Cap. S. 136.

II

unt commode: maximè necessariam reip. civium multitudinem immiuunt; et quicquid ad communem adjuvandam salutem de opibus suis sunt polliciti, civitati inter subducunt. Quae res dici non potest, quantopere contra finem, ob quem in unum coailuit respublica, repugnet, quantumque detrimenti civitati importet. Fac enim multis claris viris, (b) et necessaria incolarum omnis generis copia privari patriam, civitati, si primum in ejusdem *Statum internum* considerationem intendimus, auferuntur bona, quae sanitatem, educationem, religionem, bonas artes atque scientias, agriculturam, opicia ac nexus perficiunt, quo florem commerciorum atque felicitatem civitatis publicam contineri, Vir Illustris FRID. GVLIELM. PESTEL in dissert. de servitute commerciorum §. i. condocet. Sic demum

B 2

(b) Vlto equidem non fecem et sentinam civitatis, neque inofficiosem hominum sortem, cuius fortunam dolemus; sed quosque optimos cives animi dotibus, corporis viribus, ac opibus conspicuos emigrare solere, experientia docet. Hoc tamen inter literatorum atque illiteratorum discessum interesse puto, quod hi Patriae non nisi veluti glebae adscripti commodo esse querant; illi vero, interrogati, cujatis sint, cum SOCRATE, secundanos esse, rectius respondent. Is, patriam suam non uno aliquo loco affixum esse,

nec animum suum exiguis cancellis contineri posse, credebat: hinc orbis plagas patriae nomine salutare maluit, quam ut igneam suam mentem sesquipedali terrae frusillo inclusam voluerit. Immo litteratis alibi saepe commodius prospicitur, ut dotes animi exferant, saepius autem experuntur illud: nullus propheta est acceptus in sua patria. Hanc ob rem melius reipublicae consultur, ut, si in aliquo eximio cive magnam collocaverit fiduciam, eundem singularibus pactis sibi adstringat.

vero attritis reipublicae viribus, (c) habita *status* reipublicae *externi* ratione, civitas majori quo indiget alieno auxilio, *exteris* civitates ditiores, seque ipsam minus poten-

(c) Verbis justo pluribus in enarrandis exemplis, quibus historia omnium temporum abundat, commorarer, si omnes memorare vellem populos, qui incauta civium imminutione sollicitudinem sibi fecerunt, ac ipsi, castoris instar ut vulgo dicitur, sibi virilia exsecarunt. Reges Hispaniae reprehendi solent, Saracenos quandam atque Iudeos e regno expulisse. Illi, quos Galliam non recepisse dolet MR. MELON. Chap. IV. p. 55. in Africam commigrarunt, vid. CARROLI VERARDI de expugnatione Regni Granatae dialogi in Hispania illustr. Tom. II. p. 861. Hos cum Turicum Imperium exciperet, BAJAZETHVS sic de FERDINANDO Rege, judicasse dicitur: Er verwunderte sich über König Ferdinands Weisheit und hohen Verstand, daß er sich selber dessen, dadurch alle Stände und Herrschaften reich, herrlich und mächtig worden, nehmlich eines so grossen Volks berauet hätte. SIMON. l. d. Qua in

re non Romanorum imitati sunt prudentiam, qui ut superfluum atque noxiun sanguinem reipublicae emitterent, coloniae turbidae plebis occupatas frequentarunt provincias. Interea Hispaniae Regnum id, quod antea sibi vitio datum fuit, hodie paene emendavit. Regnante PHILIPPO V. I. 140, 103. familiarum exemptis amplissimis: Initio hujus seculi, 6, 000 oco, et a. 1740, ut ex annalibus, journal oeconomique, anni 1765 patet, 6 225, 669 incolarum numeravit. Dantur regiones in germania, praeter BRANDENBURGICAS, quibus fuisse Hugenottorum e Gallia expulsio septendecim colonias, et quadringentas familias ruri, totidemque in urbibus habitantes adduxit: Hodie est frequens regnum Galliae, postquam offensum agnovit, atque Lotharingia accessit, 24, centenis millibus incolarum, ut ex opere MR. de MESSANCE tradunt Göttingische Anzeigen 3. Stück 1768 80. p. 639. l. d. § 4.

potentem reddit, ad repellendam, quam ab his metuit, violentiam; atque adeo se praedam ac manubias potentiori atque valentiori reportare cogitur. Quem funestum obitum interitumque reipublicae, quasi vicissitudinem vitae de Phoenice fabulari solitam, gentium Lycurgus SAM. PUFFENDORF, (d) ceteroquin dissentens, his verbis depinxit: *unius civitatis, inquit, corruptio alterius est generatio, unius decrementa, alterius incremento cedunt.* Siccine vero (e) regiones emigratione evastantur? singulorum dilabitur felicitas? publicae impeditur salutis contactus? ac civium sanguine semel parta, cruenta morte dissolvitur societas?

### §. VIII.

Neque vero nos dimovet de sententia, quod clarissimi Viri, Magni GROTHI (f) specioso simili decepti, sibi aliisque persuadeant: sicut aliud esset aquam ex flumine haurire; aliud rivum diducere; sic tantum differre, utrum cives singulatim ac diu, an catervatim atque semel discedant. Quid? quod ex migrandi licentia commodum sentire possit civitas, adscitis aliunde egregiis viris. Neque quod alii existiment, germaniam incolis exuberantem exundare, tantum prodesse, quantum corpori humano conducit, superfluum emittere sanguinem. Neque quod alii in ea sint opinione, ac si omne detrimentum, quod civium discessu civitas patitur

(d) Loc. d. § 4.

(e) LIVIVS libr. 41. c. 8.  
Summa querelarum erat cives suos  
Romae censos plerosque Ruman  
commigrasse, quod si permittatur,

*per paucis Iustis futurum, ut de-  
serta oppida, deserti agri, nullum  
militem dare possent.*

(f) Quod exstat in Tr. de  
I.B. et P.L.II. C.V. § 24 n.2. sqq.

patitur, exaequatione census emigrationis, passim gentibus Europaeis usitati, penitus pensaretur.

¶. IX.

Dicta haec breviter diluemus. I) Claudicat atque vi-  
tiosum est istud GROTI: singulorum discessu non plus  
noceri civitati, ac si ex flumine, rivo non diducto,  
aqua hauriatur. Quo simili rem illustrari, si videbitur:  
hoc tamen rei magis convenire videtur, ut patresfami-  
lias, tanquam fontes, familiarum, quae civilem unit  
societatem, cum rivulis comparentur, qui decursus  
aquaarum de fonte in flumen dicuntur. Quae cum ita  
sint, discessu singulorum civium, qui cum familia abe-  
unt, aut liberis adhuc procreandis studere possunt, qua-  
si rivuli diducuntur: et five singulatim, five gregatim  
discedant cives, respublica eadem prole ac posteritate  
emigrantium, totidemque incolis privatur. At inqui-  
es: hoc interest, ut minus detrimenti civitati immine-  
at, si sensim ac pedentim discessio eveniat, quam si  
plurium discessus in perniciem patenter excrescat:  
quemadmodum, oppositi ratione habita, alluvione in-  
crementum latenter, vi autem fluminis semel ac simil  
adjiciatur. Constat vero inter omnes, ut homines in-  
juriam aquarum vi fluminis evenientem non suo labore  
avertere soleant; sed omnem curam in ripis munien-  
dis eo dirigere consuecant, ut alluvionem praeripiant,  
aut sibi nocitaram abducant. Deinde cum, ipso faten-  
te GROTI, e civitate discedere non licet, si ex fiducia  
multitudinis bellum sit suscipiendum: sequitur inde,  
ut, quippe ex eadem fiducia multitudinis hominum res-  
publica non ad externam solum, sed ad internam quo-  
que

que felicitatem consequendam in unum coaluit, nec belli nec pacis tempore sine superioris permisso nemini discedere liberum esse queat. Quo minus dubitandum est, quin acervatus hominum discessus, magis seditionis ac tumultus colorem dueat, et id quod uni licet, alteri aequi justum esse debeat (g). II.) Germaniam ex emigrandi licentia hodie lucri quicquam facturam esse, negamus. Enim vero et migrationes gentium, tyranicae in Belgio, et pestiferae in Gallia persecutio cesarunt: et reliquae Europae Proceres fere ad unum omnes exitum civium e suis terris paecluserunt, (h) Iu-  
raque indigenatus, diversae religionis, aliaque plura impedimenta circumspectionem in recipiendis peregrinis adhibendam (i) multis partibus exaggerant. Agmen vero argumentorum, ne ea, quae in praefatione de difficultate frequentandi regionem alienigenis dixi, ruminare videar, claudit istud TACITI: *nullum ante Germanos virtute esse populum.* III) Iam ex animis hominum de nimia germaniae incolarum copia conquerentium inanem tamque insitam opinionem evulfit HEVMANNVS, (k) qui inertium atque desidiosorum molem, folerium vero inopiam, ac potissimum politiae defectum verius accusat. Et quamvis una provincia incorporata nimia incolarum copia prematur: saepius

(g) Quo argumento PUFENDORFIVS I. N. Et G. L. VIII. C. XI. contra GROTIUM utitur.

(h) Conf. §. XVIII. diss.

(i) Vide D. CHRISTOPH. LUDOV. KLEINSCHMIDT Samm.

lung Hef. Landes-Ordnungen vol. I. p. 49. et ordinatio de 24. Maji 1604. pag. 495. in not. adde confit. de 30. Aug. 1732.

(k) L. d. Cap. XI. §. 1 & 10.

pius tamen plus transplantatione, quam effronita ciuium emigratione reipublicae (l) consulitur. IV) Falsum est, quod censum detractus cum detimento, quod reipublie civium discessu adseratur, exaequare soleant. Majus hoc est detrimentum, quam commodum illius tributum, quod in decima plerumque parte pretii bonorum exportandorum consistit. Quo itaque nec jactura reliquorum bonorum attenditur, nec neocivis in locum abinde periclitantur, redditur conditio. Commodum fisci, si dicendum quod res est, plerumque censu emigrationis, haud sine dispendio salutis publicae agitur.

MEMBRVM II.  
DE EMIGRATIONE PRAECAVENDA.

§. X.

Meditaturus nunc de remedis, quibus perniciosa averti possit emigratio, duo huic rei paria fore media arbitror. Vnum, quo imperium civile ex sua parte suis satisfacturus officiis, iis comparandis studet, quibus homines, non ad calamitose vivendum a natura facti, ad commoditatem, jucunditatem et tranquillitatem vitae egent. Quam regulam suo in praemeditata Nomothesia oraculo Gloriosissima Imperatrix Russiae, CATHARINA II. novissime his aureis comprobavit verbis: Je glückseliger die Menschen in einem Reiche leben, desto leichter vermehret sich die Anzahl der Einwohner (m). Deinde: Allenthalben wo gut Leben ist, da vermehren

(l) ill. RUDOLPH l.d. §. 33. Russland Instruction für die Ge  
(m) Ihrer Kaiserl. Majest. in der Commission Cap. XII. S. 272.

mehren sich die Einwohner (n). Quo pacto conseruerter removentur caussae, quae cives ad patrios lares relinquendos procliviores reddunt, ut: tyrannis (o) denegata religionis (p) libertas, seductoriae persuasiones,

ini-

(n) Ibid. §. 274. Wilhelm Bells gekrönte Preisschr. von den Quellen und Folgen einer starken Bevölkerung, 1762. Quare cura intentior, cum de communi omnium salute, tum de connubiis, agricultura, commerciis, officinis operum manufactorum, studiis, et sanitate subditorum est adhibenda. De Principio ratione subditorum conservandi sanitatem, Vir ill. atque Exper. GEORG. PHILIP. MICHAELIS, in Marburgensi Academia Professor Medicinae Primarius, superiore anno egregie differuit.

(o) Quo sua quemque contra tyrannum, qui publicas privatasque civium fortunas evertere, eorumque bona ac vitam suae libidini consecrare et salutem reipublicae susque deque habere non dubitat (Benzherzigungen §. 680, seq.) a natura trahit defensio, docet CICERO L. III. off. c. 6. Praeterita tamen est, ut ipse factetur in Epist. ad Attic., prudē-

tia, qua malle se ērvuparreīt̄at inquit: quam optima spe dimicare. Christiani, maiori reuelatae religionis officio satisfacturi, primum ad supplicationes et preces configiunt, deinde fuga si potius consulere, quam violentiam contra principem experiri malunt. GROTIUS L. I. c. IV. Nec dissentit NICOLAVS VERNVLAEVS in instit. Polit. Lovanii 1647. fol. L. I. tit. 21. p. 143. qui impietatem, libidinem atque intemperantiam quoque in caussas evertendā rempublicam refert L. I. Tit. VI. c. II.

(p) Praeter scripta, quae de religionis tolerantia notius existant, placent, quae tradit Author in den Beiträgen zu den Gedanken des Hrn. von Beaumelle §. 57. not. d, mallem vero, quod ad Germaniam attinet, antiqua probare, quam cum iis, qui maiorem religionis tolerantiam, ac legibus imperii convenit, suadent, immemores, quam tenaces religionis san-

C

(q) iniquum iudicium, perfidia, inopia victus, (r)  
bellum quod minus necesse est, et indiscreta in pace  
mili-

guine maiorum partae habeantur Germani, causas tricentennias belli revocare. Quid de calamitosa Polonia dicam?

(q) Nomotheta Hassiacus in constitut. a. 1723. d. 12. April. 1733. d. 27. Febr. 1756. d. 12. Febr., et Würtembergicus, docente Harprechtio l. d. §. 15. et 21. felicissimo effectu subditos dehortati sunt, ne falsis persuasionibus eorum aures praebeant, qui de felicitate novarum coloniarum in America verba facerent. Sic paucis quoque abhinc annis nonnulla circulorum directoria Kreysz Ausschreib. Alemit transmigrationi subditorum in Russiam irenas imposuerunt. Plura von Emissarien und Kundschaften vid. apud VATELIVM l. d. B. I. Cap. VI. §. 75. numerum subitorum qui ab a. 1750 usque ad a. 1756. e terris Württembergicis, Durlacensibus, Helveticis ac Palatinatu in Americam commicarunt, tradit Gottlieb Mittelberger in die Reise nach Pennsylvania. Operae pretium autem fore puto, si quis de causis atque sequelis diminutionis

incolarum Germaniae prolixiora verba faceret.

(r) Egestatis causa est 1) vel ipsa natura, quae propter rerum indigentiam nimiam hominum copiam emigrare iubet, ut Lydorum aliquemque exempla docent, quae referuntur a SIMONE l. d. cap. III. p. 64. 2) vel neglectus politiae, ut parum culta natura, civium voluptas, luxus, ebrietas, otium, quae publicam efficiunt aerumnam. Hac de re in lege DIVI CAROLI Hassiae Landgravii d. 12. April 1723. promulgata cautum est. Was gestalt wie aus Landessässlicher Vorsorge dahin gnädigst bedacht seyn, umfern Unterthanen und Handwerkern in unsern Fürstenthümern und Länden zu propicieren, und deren bestes zu befördern, gestalt wir dem zu dem Ende im Werk begriffen auf Mittel und Wege zu summen, wie sonderlich denen Handwerkern in unsern Länden, die Mangel an Arbeit und Nahrung haben, degleichen nicht allein zu verschaffen, sondern denenselben auch darneben solche beneficia zu kommen zu lassen, daß sie vor sich

militum (s) conquisitio (t). His remotis, boni ci-  
vis animum nunquam desertionis Patriae subire poterit  
cogitatio.

§. XI.

und die Ihrigen ein gutes Aus-  
kommen davon werden haben kön-  
nen. In lege regia de <sup>1737</sup> Mart.  
haec verba leguntur: Und auch  
auf diese Art solchem höchst schäd-  
lichem Uebel je mehr und mehr  
vorgebeuget, und unsere intention  
die Unterthanen bey redlicher  
Mährung im Lande zu behalten,  
erreicht werde. 3) Vel quod  
subditi novis atque turpi  
luci cupidis indictionibus op-  
primant, atque in servitatem  
nisi infra omnem humanitatem  
abducantur. De hoc propudio  
sic vaticinatur instrucción Mo-  
scovica l. d. §. 275. Wenn aber  
ein Land so sehr mit Auflagen be-  
schwert ist, dass die Leute aller ih-  
rer Mühe und Arbeit ungeachtet,  
kaum den nöthigen Unterhalt fin-  
den; so muss dasselbe Land lange  
Zeit von Einwohnern entblösset  
seyn. Objectiones amovit §. 277  
seq. Judicium quoque Heu-  
manni quod de eodem mo-  
mento fecit im Geist der Gesetze  
der Deutschen Cap. 12. §. 9. huc

repetere lobet: Den Deutschen  
Fürstl. Häusern hat es niemals an  
Regenten gemangelt, welche die  
Herzen der Unterthanen an sich ge-  
zogen — Hingegen finden sich  
Republiken und Städte, in wel-  
chen nichts als Ehr- und Geldgeiz  
herrscht, gute Wirthschaft und Po-  
licien verschwinden, verdorbene, ge-  
mishandelter Rechte, schwere Auf-  
lager, vertreiben die Einwohner,  
und schrecken die Fremden ab.  
Wer sollte hier an die Liebe zum  
Vaterland gedenken! et Cap. II.  
§. 14. bey übermässigen Auflagen  
hingegen werden sie murrisch nach-  
läufig und trachten sich zu entfernen.  
Carthaginenses quam, teste po-  
lybio, ex imperio in Africanos  
grandem aerario pecuniam per-  
fas nefasque intulissent, medi-  
am fructuum partem auferen-  
tes, tributa duplicantes, factum  
est, vt pleraequae civitates sedi-  
tiosis militibus accederent.

(s) De qua abroganda iussum  
Sereniss. nostri Principis, Patris  
Patriae, illustrè quod Cassellis  
est a curandis rebus ad bellum  
spectantibus Concilium per re-  
script. d. 16. Oct. 1766. patefecit.

(t) Ceterum adhuc plures

C 2

## §. XI.

Alterum, quod optimo consilio plerumque cum priori conjungitur, in eo consistit, ut cives malevoli exuentes civitatis sacramentum, emigratione sanctione poenali interdicta, vi coerceantur, ne arbitrio ausu a pacto civitatis recedant. Nam si lenitate parum effici in antecessum probabiliter constat, aut frustra jam mitiora adhibita sint media: dubitandum non est, quin Nemesis ad civium perfidiam, quae civilem dissipat societatem, vindicandam justo excitetur. (u)

Quod

huc referri posse caussis, non negamus ex VERNVLEIO l. d. L. I. Tit. IV. cap. II. Sit exemplo nimia de peregrinis opinio cum indigenarum contemtu conjugata. Qua de re HEINECCIVS in oratione dissertationi de origine atque indole jurisditionis patrimonialis praemissa, his verbis subtiliter judicat: *quasi ea lege nobiscum transegisset natura, ut omnes sapient exteri, ac peregrini, nos soli ab omni recta ratione inopes velut umbrae feramur.* Quae res dici non potest, quam absonta sit, quantumque detrimentum adferat reipublicae. Idque hoc simili illustrat von IUSTI eben als wenn der Gärtner seine Pflanzen die er zur Erzeugung seiner Gewächse nöthig hat, andern Gärtnern abkaufen, und seine eigene hervorkeimende junge

Pflanzen eben dieser Art aus Mangel des begießens und der Wartung verborren und verkommen lassen wolte. Cir. etiam Mr. de Beaumelle l. d. Herr und Diener S. 222.

(u) Hanc regulam cum priori, quam § X. dedimus sic conciliare studet von Battel im Völkerrecht aus der Uebersetzung B. I. Cap. VI. S. 74. Manu muss die Handwerks-Leute in einem Staate zu erhalten suchen die ihm nützlich sind, und die öffentliche Gewalt ist allerdings befugt, zu diesem Ende Gewalt zu gebrauchen wenn es nöthig ist —

— Wenn man besondere Fälle ausnimmt, so ist bey dieser Sache das beste, wenn man nur gelinde Mittel, Beschützung Anfeuerung u. a. m. anwendet, und das übrige der natürlichen Liebe

Quod igitur in causa esse videtur, cur INVICTISSIMVS  
 ATQVE POTENTISSIMVS ROMANORVM IMPERATOR IOSEPHVS II. novissime (x) Germanorum summa ratione  
 refrenaverit arbitrium pro lubitu patriam deferendi.  
 Indicis enim coloniis et navigationibus haud sine parva hominum immolatione ad quorundam opes omniumque luxum augendum in sublime ascensis; Vicinis autem Germaniae regnis in augendis hominibus suis commodis consulentibus, Germanorum libertas in turpem degeneravit servitutem, et patria Teutonica alias imperitandi cupida, regnum tributarum est factum, quod plus quotannis quam myriadem hominum exteris Europae regnis tanquam stipendum pendit. Tantum vero abest, ut Germani propterea, quod aliis infeliciores videantur, discedere consuecant, aut moveantur; ut potius jam pluribus abhinc seculis majorem in patria nostra experti fuerint felicitatem, quam ii, qui, lento AESOPI asino imprudentiores, ex novitatis cupiditate alterius Principatus clitellas portare festinant, eandemque alibi adhuc incomperitam sperant. Sic vero caesareum edictum alienationem bonorum in fraudem emigrationis factam restringens, ac sufficienti civium numero conservando, (y) uti res postulat, non vero sola exportatione divitiarum innixum omni reprehensione vacat.

## §. XII.

eines jeden Menschen gegen die Arten wo er geboren worden überlässt.

(x) In editio caesareo, quod d. IX Aug. 1768. e cancellaria

imperiali exiit.

(y) Instructio Imperatricis Russiae reprendit legem alienationem bonorum prohibentem, ne divitiae e regno eve-

Verum propositio universalis in abstracto vera, saepe tamen in concreto omnimoda applicatione caret. Sic CATHARINA II. *Авторътъ* Russiae, ex speciali ratione statutus, ni fallor, ne aditu arceret peregrinos (z) incolarum abitum e regno poena sepius nolle sibi proposuit, eoque in consiliis de novis tabulis capiendis respexit. Quo instituto vix carere poterit, simulac indulgentissima Europae Mater cunctis laborantibus sceptrum felicitatis praebens, summum maximum, ac fere immensum, maximaque parte adhuc incultum (a) imperium sufficientia hominum, quoad ejus fieri potest, ditare intendit.

Acce-

hantur §. 343. Vix autem vituperanda videtur, ut editum Rom. Imp. probat, si coercendam potissimum emigrationem respicit.

(z) Quod instruatio saepius laudata §. 265. et novissimae abductiones coloniarum in Regnum Astracanum probant.

(a) Adhuc vix decima pars incolarum quos regnum capit, in imperio Russico reperitur; cuius octena ex adversis consistit, quorum plerique natione Germani videntur. Schleser I. d. Stück I. §. 7. et 9. Stück IV. §. 6. si vera vaticinatus est Imperator Petrus I. Alexiewitz ut bonarum artium divulgatio aliquando e Germania ac reliquis

Europae regnis in Russiam ac deinde Graeciam remearent, dum inquit: Ich vergleiche die Reise dieser Wissenschaften dem Umlauf des Geblüts in dem menschlichen Körper und ahndet mich, daß dieselbe dermaleinst ihren Wohnplatz in England, Frankreich und Deutschland verlassen, sich einige Jahrhundert bey uns aufzuhalten, und hernächst nach ihrer wahren Heimat in Griechenland wiederkehren werden. Das veränderte Russland in einem bis 1720 gehenden journal Jfrfurth. 1721. Mensle Martio 1714. p. II. §. 64. Credendum est in Russiam aliquando frequentiain hominum propensiorem fore.

Accedit, quod majores eius in regno jam jami incolis Russiae facilitatem emigrandi desuefecerint: nec quod verendum sit, ne indigenae praeprimis CATHARINA II. regnante e Regno aufugiant. Alienigenae autem remotissimas incolentes regiones, animumque inde redeundi deponere coacti, fuga sibi consulere nequeunt.

## §. XIII.

Quum vero illa beandi civitatem, media quae justa sunt, pro veris tantum reputentur; injusta autem majori reipublicae sint impedimento: Plura nunc de emigrationis iniuria in sequenti sectione dicenda restant.

## SECTIO III.

DE EO QVOD IVSTVM EST CIRCA  
EMIGRATIONEM.

## MEMBRVM I. IVRE PVBLICO VNIVERSALI.

## §. XIV.

Ex notione civitatis (§. V.) duplex colligitur patrum: Vnum quod unionis vocant, vi cuius cives semet obligarunt ad conferendum omne id, quod ad commune bonum conferre valent. Alterum subjectionis pactum audit, vi cuius in summam potestatem (b) de suo cuiusque acquirendo vel acquisitione secundum communis salutis mensuram disponendi, consenserunt, suoque ad finem reipublicae consequendum abdicarunt connato, quatenus jus vel exercitium libertatis in eversionem, et diminutionem communis salutis proprius influit.

(b) LIVIVS in hist. L. II. c. 59. quod velint parere et non resistere, imperii civilis vis omnis, inquit, nec non vires et opes suas adhibere in consensu obedientium consilit, ad bonum publicum.

fluit. Posita igitur emigratione, qua cives ab utroque pacto et consequenter a republica ultrò recedunt: (§. III.) Ponitur factum civis, juri imperantis et concivium stricto repugnans, ideoque laesio, quae immediate reipublicae infertur.

## §. XV.

Igitur emigrare non licet, nisi venia superioris accesserit; aut aliud quicquam convenerit; (c) aut res publica fidem de salute et securitate praestanda datam non servaverit (d) Inde discedendi facultas oritur, quae ius EMIGRANDI constituit, atque expresso vel tacito superioris aut reipublicae consensu ac permisso ntitur. Aliis vero praesumtam addere libet permissionem, de qua Vir illustris RUDOLPH (e) hanc regulam struxit:

Quoties-

(e) Ut de Neocomensibus testatur VATTEL. de Gallis in Hassia receptis privilegium ab H. L. CAROLO d. 18. Apr. 1685. FRIDERICO I. d. 28. Oct. 1731. FRIDERICO II. d. 17. Dec. 1765. concessum: de Belgis qui sedem Hanoviæ elegerunt. Niederländische Historie 2 T. 29 Buch d. ao. 1670. de Metallicis **Klein**, schmidt Saml. Hess. Landes Q. Thl. 1. §. 92. Ordin. de 3 Jul 1536. §. 39. Ordin. de 28 May 1537. §. 195. ordin. de 13 Dec 1562.

(d) III. RUDOLPH I. d. §. 24. refer hoc exempla §. IX. p. 17. 18. diff.

(e) D. I. §. 26. quae tamen opinio indifferentia emigrationis suffulta haud dubio caret. Nam 1) praesupponit praesumtio ex indifferentia actionis, actionem minimum naturaliter licitam: emigratio autem sine superioris permisso regulariter est illicita, quippe jus emigrandi tantum exceptionem parit, quae regulam magis firmat in casibus non exceptis 2) si copia certi generis hominum alibi nimia, alibi nimis parva appareat, bonum publicum transplantationem suadet (cf. §. IX. n. III. p. 16. diff.) Ideoque ex abundantia homi-

*Quotiescumque respublica certo genere civium abundat, vel quotiescumque jam semel sufficiens numerus civium certi generis adeat, eorum adhuc continuus affluxus est: toties ejusdem generis cives emigrare possunt.*

## §. XVI.

Verum tamen Eruditorum judicium in decidenda hac quaestione, a GROTI Libr. II. C. V. §. 24. n. 1. 2. obmotu, dispari numero partitum esse, lubenter fateor. Licere ajunt: TRYPHONINV<sup>S</sup>, (f) VALERIVS FLACCVS, (g) CICERO: (h) quos sequuntur GROTIUS (i) et PVF-  
FENDORF-

num unius provinciae nec permisso superioris emigrandi praesumi, nec civibus ob eandem ultro discedere liberum esse poterit. 3) Cum equidem voluntas principis in iis non praesumatur, quae ex usu facile converti possunt in abusum. 4) Ecquis demum civis, licet decies centum millia possideret, toleraret, ut, quando ipsi dimidium florenum deboe, propter ea me ab obligatione liberatum dicerem, quia is nummulus respectu myriadis florenorum diviti nec prodeesse nec nocere videatur. CHR. FERD. HARPRECHT de jure Principis circa artes subditorum singulares et arcanae §. IX. not. 1. p. 425. seq. Tub. 1753.

(f) L. 12. §. 9. D. *de captivis et postlimi. reversi. ex Sabino I<sup>co</sup> memorat, cuique constitutam facultatem esse liberam.*

(g) Lib. VIII. *omnibus hanc communem animantibus orbem, communes et crede Deos; patriam inde vocato. Qua redit itaque dies: nec nos dis nata malignis, cluserit hoc uno semper sub frigore mexit. Fas mihi non habile et fas tibi lingue colchis.*

(h) In orat. pro Balbo. c. 13. *O jura praeclara — — multi etiam superiore memoria. — —*

(i) L. II. c. 5. §. 24. n. 1. 2. CÖCCEIVS ad Grot. L. 2. c. 5. §. 24. HERT. in not. ad Puffend. L. 8. c. 11. §. 2. HOCHSTAETHER in colleg. Puffend. L. 8. c. 11. § 2. Vattell l. d. etc.

D

FENDORFFIVS (*k*), ut taceam reliquos, qui ex horum fonte suam hauserunt opinionem. Rectius eandem negant: BODINVS, (*l*) ARNISAEVS (*m*). Eo maxime autem illorum opinio infirmatur, quod tune discessum ci-vium negare consultius ducant, si reipublicae ex ulia causa interesse videatur: Quo pacto naturalem, ut ajunt, emigrandi facultatem arbitrio imperantis sub-jiciunt.

## §. XVII.

Ego vero causam negantium defensurus, hanc longe gravioribus dubiis ac tricis, maxima parte a GROTIo AC PVFFENDORFIO obmotis, quibus, ad potiora argumenta redactis, exponendis refurandisque jam int-fisso, involutam esse experior. Sic objiciunt *1)* de sua civitate cuique constituendi facultatem esse liberam, quippe mundanum potius cum SOCRATE quam glebae certae adscriptum se ferre velit: quapropter liber homo spontaneae migrationis licentiam, si nullum apparet impedimentum, pro arbitrio sibi reservasse intelligatur. (*n*) *2)* Illum, qui civitati se adjungit, cura sui ac rerum

(*k*) I. N. et G. L. VIII. c. 11.  
§. 2. de obligatione erga patriam in anal. polit. p. 86. 90. 91.  
adde VLRIC. HYBERVM de jure civit. L. II. S. 2. c. 1 n. 28. 32.  
34. 37. seqq. L. I. S. 9. c. 6. n. 17.  
THOMASIVM in annot. n. 32.

(*l*) De republica L. I. c. 6.  
p. 59. Latetiae Parif. fol. 1586.  
ac rametis cuique integrum est do-micilium mutare, nemini tamen

patriam repudiare licet.

(*m*) In System. Polit. cap. §.  
Sect. 7. & 8.

(*n*) Sic pristinam homines indigentiam perpetuasque lae-fiones revocarent, nec finem ad quem obtinendum in socie-tates maiores coierunt, conse-querentur; nisi in primaeva constitutione civitatis id omni-no aetum esse videatur, ut per-

rerum suarum haud sese abdicare, sed id potius agere,  
ut insigne sibi firmamentum circumponat: consequen-  
ter ipsi concessum, rebus suis consulere, quando alibi  
commodius eidem possit propisci. (o) 3) Cum primis  
civitatis jus consistat in beneficio, cui civis uti vasallus  
libere renunciare possit. (p) 4) Licentiam migrandi  
denegare velle, idem fore, atque liberis hominibus  
imperare, ut supra parentum suorum conditionem nun-  
quam adspirare audeant. (q) 5) Cum tamen certo re-

D 2 spectu

petuas inirent societates (§. V.)  
SOCRATIS OMNIPRAESENTIA DE IN-  
TELLECTU AC SAPIENTIA HOMINIS,  
NON DE LABORE CORPORIS EST PER-  
PUTANDA (§. VII. n. b.) VALE-  
RIVS FLACCVS DE COMMUNIONE  
RERUM LOQUITUR. DE TRYPHO-  
NINO ALIBI DICAM. NE AUTEM  
RES PERICULI FIAT, BONI PRINCIPIS  
EST, NILH FIBI PRIVATIM EXPEDIRE:  
PLATO DE REPUBL. L. I. NEQUE  
IMMEMOREM ESSE, SE POPULI  
CAUSA IN PRINCIPEM FAUSSÆ ELE-  
CTUM, INSTR. MOSCOV. §. 519. SIN  
MINUS, PRINCEPS NEXUM OBLIGA-  
TIONIS CIVICÆ SOLVIT.

(o) QUOD E DIAMETRO CIVITA-  
TIS PACTO REPUGNAT (§. XIV.), SI  
REPUBLICAE INTEREST NE DISCE-  
DANT. ENIMVERO NON OMNE  
QUOD PRIVATIM INTEREST UNIUS EX  
SOCIIS, UT PROCVLVS ICtus AIT:  
SERVARI SOLET, SED QUOD SOCIETATI  
EXPEDIT L. 65. D. PRO SOCIO.

(p) FRUSTRA URGET HOC ARGU-  
MENTUM MANZIVS IN DECIS. PA-  
LATIN. p. 109. n. 10. q. 18. p. 119.  
QU. 19. PER TOT. NEQUE ENIM  
FEUDUM EXTRANEO SINE DOMINI  
CONSENSU REFUTARE LICET; NEQUE  
JUS CIVITATIS JURE FEUDI, A QUO  
FINE ET MODO DIFFERT OBTINERI  
SOLET: FACILIUS QUOQUE, FEUDO  
REFUTATO, VASALLUS IN LOCUM ALTE-  
RIUS, QUAM PEREGRINUS IN LO-  
CUM ABEUNTIS CIVIS SUBSTITUITUR.  
PACTO JUS CIVITATIS NITITUR INDIF-  
FOLUBILI, QUOD NON NISSI UTRIUS-  
QUE ACTIONIBUS FINI REIPUBLICAE  
CONTRARIIS DISSOLVITUR, AUT QUOD  
ITA EXPRESSE VEL TACITE CONVENIE-  
RIT, ETC. (§. XV.)

(q) SIC PVFFENDORF ET VAT-  
TEL 1. d. CUM VERO EX NATURA  
HUMANÆ, ET PROBABILITY HOMINUM  
INTENTIONE PATEAT, PERPETUAM  
STABILIRE VOLUSSÆ SOCIETATEM  
(§. V.): LIBERI NON POSSUNT NON

spectu aliis societatibus renunciare possit socius. (r)  
 6) Civitates parum curare, an sui cives migrant; quod  
 multitudine horum laborent et potius circa eam minu-  
 endam sint sollicitae (s). 7) Ipsas potius civitates inde  
 habere commodum, adscitis aliunde egregiis Viris  
 (t). 8) Et singulorum discessum vix illis nocitum esse  
 (v). 9) Futurum nondum debitum eripi commodum  
 emigratione (x). 10) Nec quicquam imperantem  
 impedire, quo minus pro lubitu resignet, (y) jura au-  
 tem

obligatione parentum ac pri-  
 morum civica contineri: cum  
 maxime civitatis fundatores  
 non solum personæ, sed rei quo-  
 que contemplatione hereditibus  
 prospexerint, (§. XIV.) ideo-  
 que pactum icerint reale, quod  
 heredes aliosque obligat. Vir  
 Perill. AEMIL. LUDOV. HOMBERGK  
 zu Vach de qualitate reali,  
 quae pactis successoris inest,  
 et de effectibus ejus §. I. et II.  
 Quid prohibet liberos quoni-  
 minus intra civitatem supra con-  
 ditionem parentum adspirent?

(r) Is qui societati privatae,  
 quae interesse singulorum re-  
 spicit, renunciat, cavit sibi  
 a rixis, atque dissidiis futuris;  
 publicae vero renuncians socie-  
 tati salutem violat publicam, fe-  
 ipsum vero perpetuis exponit  
 laesioribus.

(s) Cf. §. IX. n. III.

(t) Ib. n. II.

(v) Ib. n. I.

(x) De damno emigrationis  
 infra sigillatum agendum est.

(y) Ut de SERVIO TULLIO, AV-  
 GUSTO simulante, SYLLA per-  
 petuo Dictatore, DIOCLETIANO,  
 MAX., CAROLO V., CHRISTINA,  
 Sueciae regina, affirmat, ac de  
 HENRICO VALESIO Rege Poloniae,  
 e Polonia aufugiente, ut Fran-  
 ciae Regnum susciperet, ne-  
 gat HUBER I. d. L. I. Seet. 9. c. 6.  
 n. 17. 23. Ego vero distingue-  
 re mallem, sine Regnum  
 hereditarium, an electitum?  
 si prius, in legitimum succe-  
 sorem jam in antecessum con-  
 sensit populus: sin posterius,  
 resignatio expressum vel tac-  
 tum parentium consensum re-  
 quirit. Sic CAROLVS V. simili-  
 citer se abdicavit imperio in Bel-  
 gium et Regnum Hispanicum;

tem imperantis et subditorum ob paritatem rationis reciproca esse debere. 11) In primario civitatis pacto hanc probabilem fuisse coeuntium opinionem, ut civis semel exceptus in perpetuum tueatur, cives autem perpetuam cum ea non contraherent societatem (z). 12) Nullo exstante interdicto, emigrandi licentiam neutquam esse denegandam. (a) 13) Statutum vero, quod prohiberet emigrationem, libertari esse noxium, neque servandum (b). 14) Cum ex decoro saltim consensus migrandi requiratur (c). 15) Romanos, quos genus humananum sibi exemplar ad imitandum proposuisset, ad hanc provocasse libertatem (d). Quantumvis igitur hominis arbitrium, in iis, quae singulorum magis quam omnium salutem expeditum, magnum naturalis acquisitatis

prae-

cum vero imperio S. R. G. resignaret, legationem ad collegium Electorale misit, quod imperatoris resignationem Francofurti 1558 acceptavit. CHRISTINAM quoque 1654. resignantem cum ordinibus Sueciae de reservato redditum convenisse constat.

(z) Contra rectius respondit COCCERVUS in diss. de censu emigrat. th. 8. sicuti Princeps pro libitu subditos expellere nequit, ita nec hi irrequiso illo discedere possunt. Et, cur quaeso paectum civitatis contra naturam pactorum claudicaret?

(a) Civiliter. Naturaliter tamen illicitam esse emigrationem, demonstravi §. XIV.

(b) *Omnibus Principibus ac civitatibus, pro jure majestatis imperii, cives domi continere semper licuit ac licebit*, inquit, BODINVS L. I. de republ. L. I. c. 6. p. 90.

(c) In iis, quae manifestum reipublicae damnum adferunt, non ex decoro superioris consensum requiri, sed ex regulis justitiae ac prudentiae civilis, rectius tradit SCHEFFER de jure detractus §. 6.

(d) Huic argumento infra obviam ibo.

praesidium prae se ferre videatur: arbitror tamen, nat-  
turam, pacta sancte servari, maluisse, nec licere aequita-  
tis obtentu communem violare salutem, quae non pot-  
est esse non singulorum prosperitas.

## §. XVIII.

Si denique usum inter gentes consideramus, mi-  
grationem, ex quo homines in certos sunt coaliti popu-  
los, imperantium prohibitiones restrinxisse animadver-  
timus. Id quod de Atheniensibus testatur ovidius (e): de  
Longobardis Placitum regis Lotharii (f): de Cartha-  
ginenibus et Bythinnis BODINVS. (g) Ex hodiernis  
populis, ut idem BODINVS in thesauro eruditionis de re-  
publica docet, prohibentur emigrare subditii e Sina,  
Tartaria, Aethiopia, Russia, (cf. tamen §. XII.) (h)  
Dania, Anglia, (i) Scotia, Gallia, nisi emigrantes  
duabus locis tributa pendere velint, Hispania, Neapoli,  
(k) Parma, Mediolano: de mutuo autem transmigra-  
tionis

(e) L. 15. metam.

(f) L. 3. Tit. 4. si quis liber  
homo migrare voluerit aliquo  
potestate habeat, intra do-  
minium regni nostri, ut cum  
familia sua migraret, quo vo-  
luerit, si a rege ei data fuerit  
licentia.

(g) L. I. c. 6. p. 58. adi.  
*Arumnaeum* ad A. B. Tit. XVI.

(h) De Moschis et Sinensibus

GROTIUS l. d. HVBER de jure civ.  
L. 2. S. 2. c. 1. n. 28. 32. 34.

(i) CAMDENVS ad a. 1571.  
I. MEVRSIUS in vita Guil. auril-  
ac. L. 5. ad a. 1569. Bynckers-  
hoek in quaest. jur. publ. L. 2.  
c. 25. §. 6. 7. Parlamentum  
Britannicum adhuc d. 15. Dec.  
1767. renovavit interdictum,  
ne artifices e Regno discedant.

(k) LVNIGII Codex Ital. di-  
plom. T. IV. p. 671.

tionis interdicto convenerunt inter se Galli et Helvetici  
et quinque Helveticorum pagi minores. (l)

MEMBRVM II.  
IVRE PVBLICO GERMANICO IN GENERE.

§. XIX.

Principio, emigratione hactenus jure naturali  
perpensa, mihi, nunc ad scita juris publici germanici  
transgressuro, ex Iudicij Imperii Aulici Concluso In  
Sachsen Schum wider den König von Preussen, (m) als  
Herzog von Magdeburg, sese offert distinctio interjus emi-  
grandi in Pace Westphalica fundatum, et quod extra  
hujus pacis tabulas contingit. Ex illo flebile ob causam  
religionis emigrandi perspicimus beneficium, quod  
silentio jam praeterire instituti ratio postulat: hoc, quod  
dissertationi est proprium, omnes complexu suo conti-  
net species, (n) in quibus, respectu ad religionem non  
habito, emigrare licet. Hinc in eo cardo rei vertitur:  
*utrum Germanis citra causam religionis emigrare sit liberum?*  
quae autem quaestio in duas iterum abire partes, (o)  
videtur:

(l) Semler von dem Regiment  
der löbl. Cydgenossenschaft, 2te  
Auflage von Joh. Jacob Ley  
Zürich 1735. S. 376, art. 14.

(m) In verbis: daß es wider  
die teutsche Freiheit laufe, den  
Unterthanen, das, auch aus-  
ser des westphälischen Frieden-  
schlusses, im Römischen Reich  
zugelassene jus emigrandi  
zu entziehen. FABRI Stagis-

Canzley P. XLIX. §. 463.

(n) In regula emigrare non  
licet §. XV. quare jus emigran-  
di quoque in dicto concluso  
judicij imperii aulici juris per-  
missivi esse dicitur, quod ver-  
ba zugelassene jus emigrandi in-  
dicant.

(o) Hanc subdivisionem in  
constitutionibus Imperii fun-  
datam esse ex §. XXV. patebit.

videtur: alteram, utrum civibus Germaniae stipendia apud exterorū merendi facultas sit relicta? alteram, utrum ob aliam causam iisdem emigrare liceat? Separatim utramque, unam affirmative, adjecta tamen limitatione, alteram negative expediam.

## §. XX.

Haud facile quisquam, quod ad priorem attinet questionem, nisi penitus Germanorum virtutis domi bellique spectatae sit expers, inficias ire poterit, quod hi longam quietem civitatis, in qua orti sunt, indignantes, Martis tyrocinium apud exterorū populos, qui tum bellum gesserunt, fecerint. Quem morem non solum TACITVS (*p*) ex temporum canitie suo firmat testimonio; verum eundem etiam exemplis ex medio aevo ad ductis illustrat Maecenas EXCELLENT. L. B. DE BEEHR, (*q*) et tanquam inveteratam observantiam publicis prosecuitur documentis strenuus germanicæ libertatis vindex, Perillustris Procancellarius GE. ADAM STRVBEN (*r*). Pluri-

(*p*) De morib. German. cap. 13. in fine. *Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat, expertuntur enim, legationibus et munieribus ornantur, et ipsa plerunque fama bella profligant.* C. 14. *Si civitas, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat; plerique nobilium adolescentium petunt ultra eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt.* Quia et ingrata genti quies, et

facilius inter ancipitia clarescunt, magnumque comitatum non nisi vi belloque tueantur. Hist. 4. et acciti auxilio germani.

(*q*) Rer. Mecklenb. L. I. p. 141. seq. cfr. etiam SPENERI Staatsrechts-Lehre L. 2. c. 12. §. 4. et Perill. STRVBEN vom Abmeyerungs-Recht, im Vorbericht Lit. a.

(*r*) P. III. der Nebenstunden Et. 18. von der teutschen Landfassen und Unterthanen Freyheit in fremde Dienste zu treten. Inde

Plurimum vero ponderis rei adferunt leges imperii, ut:  
ex capitulationibus caesareis, LEOPOLDINA art. 16. JOSEPHINA art. 15. CAROLINA art. 4. §. 14. (s) nec non Imperatoris FRANCISCI I. et novissima JOSEPHI II. capitulation art. 4. §. 14; ex recessibus autem imperii alter a. 1570. §. 4, alter a. 1582. §. 31. His denique accedit instrumentum Pacis Monasteriensis cap. III. (t)

## §. XXI.

Sunt tamen clarissimi viri, qui, libertatis germanorum terminos nimis proferentes, facultatem castra exterorum sequendi indistincte cum omnibus germaniae civibus communicare, haud dubitant. Verum, quo certius constat germanis antiquitus non nisi nobiles ac ingenuos cingulo militari fuisse condecoratos: Eo facilius quisque inde judicare poterit, neque libertatem stipendia apud exterros merendi cum inferioris sortis hominibus fuisse communicatam. Teste TACITO (v) Plerique nobilium adolescentium hac libertate utebantur: neque aliud exempla ante memorata evincunt. Dubium quidem movent verba: Stände des Reichs und der selben

huc refer propositionem legationis Saxonicae in Comitiis a. 1559. et Caesaream in deputatione Imperii Francof. a. 1569 declaratam p. 268: Testimonium ex CHYTRAEI Saxon. ex celeb. SCHWARZ. Hist Pomeran. et Excell. a BEEHN Mecklenb. p. 270. seq.

(s) Illust. IO. IAC. MOSER in den Beysl. und Almett. et STRUBBE p. 272.

(t) In fine. Singulis tamen statibus liberum sit, huc illive regno extra imperii limites suppetias ferre, non tamen aliter quam secundum imperii constitutiones.

(v) Cap. 14.

E

selben Unterthanen/ (x) Eingesessene (y) und Angesessene (z), unde contrarium adversarii probare auturant; fed illud evanescit, si quis modo locutionem hanc ad hujus modi subditos atque incolas referre velit, qui honoris militaris atque libertatis germanicae, quam, necio queis faustis ac splendidis nominibus in vernacula nostra Löbliche teutsche Libertät / die lobwürdige alte aufrechte teutsche Libertät, eine löbliche Gestalt teutscher Freyheitēn Chr und Ruhm vocitant, participes habentur, ideoque in equestri virtute tam praeclaris factis excellunt, quam quae eximia germanorum libertas requirit. Hanc vero interpretationem rei omnino convenire, inde perspicitur, quod per hanc libertatem quam saepissime instituta equestria, jura atque privilegia ordinis nobili-

(x) Legati Saxonici in comitiū a. 1559. proponebant: daß die Stände und derselben Unterthanen des heil. Reichs teutscher nation vermöge ihrer alten löblichen und wohlgergebrachten Freiheit inner- und außerhalb des Reichs sich in Kriegssachen frey und unverhindert gebrauchen zu lassen, gewohnet und berechtigt gewesen, und noch wären. STRVBE p. 268. ex Buderi Samlung p. 55. cfr. etiam §. XIX. diss. not. m.

(y) In<sup>o</sup> capitulat. Leopold. et Josephina haec verba legun-

tur l. d. Es soll jedoch auch keinem Reichsstand oder Eingesessenen verboten sein, sich bey auswärtigen in Kriegsdienste zu begeben, und einzulassen, da es nicht wider das Reich oder einen Stand desselben angehehen.

(z) In capitulatione Carolina d. l. hac de re cautum est: Auch in dem Instrumento pacis und denen Reichs constitutionibus vorhin zur Genüge versehen, wie weit einem Stande oder Angesessenen des Reichs, sich bey auswärtigen in Kriegsdienste zu begeben, oder einzulassen erlaubt.

nobilium (a) immo militiae tyrocinium (b) indicari solent. Id quod plane et aperte testantur verba R. I. a. 1570. et 1582. wie es im heil. Reich teutscher Nation von alters eine lobliche Gestalt teutscher Freyheit um Ehr und Ruhm mit ritterlichen Thaten frembden Potentaten ohne alles beleidigen des Vater-Landes und dessen angehörigen zu dienen gehabt. Deinde hanc probationem adjuvat capitulatio IOSEPHINA, (c) quae illis, qui castra hostis im-

E 2 perii

(a) Videſis privilegium Ferdinandi imperatoris de a. 1659. in des H. R. R. Ritterſchaft der 6. Orte in Franken confirmirten verträge p. m. 65.

(b) Dilucidissime rem exponit, simulque convincit testimonium, quod Excell. L. B. a. BEEHR Rer. Meckl. L. 1. p. 825. tradit. Quoad stipendia apud exterros merendi liber- rimam facultatem ordo equeſter testatus: se haud passurum delibari libertatem germanicam, qua pro quavis occasione, et cujuscunq; necessitate unicuique in castris exterorum stipendia mereri haud si fraudi modo domi per habiles perso- nas servitia praefet feudalia equeſtria. p. 832. militiam apud exterros a sacra Caesarea Majeſtate prohibitam Consiliarii quidem provinciales et senio- res ex ordine equeſtri tacite

probabant; sed adolescentes nobiles multis ambitionis pre- cibus obtestati sunt Duceſ ut si- bi suam libertatem germani- cam fartam et illibatam relin- querent; et p. 833. Denique universis placuit ordinibus, ut Duci communi nomine re- sponderetur — — paratos fore omnes ordines, ut ingruente ab exteris hostibus periculo tueantur patriam, sed juventu- tem equeſtre contingere non posse, quin apud exterros militiae faciant tyrocinium, cum ea libertas in sacro romano Imperio uſu recepta, ordoque equeſter liber fit.

(c) L. d. Ungehorsame aber in Ihrer Bildniß abgeſtraft Ih- nen und Ihren descendanten Ihr Stamm und ſonſt erhaltenen Waapen ferner zu führen nicht geſtauet, noch weniger Sie vor Stifts oder Rittermaßig jemahls mehr gehalten werden.

perii sequuntur, minatur poenam non nisi nobilibus  
convenientem.

§. XXII.

Et justo haec coartatur libertas, 1) si cum  
pace quacunque imperiique constitutionibus pugnat. (d)  
2) aut in patriae detrimentum vergit, dum germania  
eo militibus evacuatur (e) 3) aut imperii patriaeque  
hosti sit auxilio. (f) 4) si tyrones militiae, castra ex-  
teriorum secuti, animum ad priorem dominum redeundi  
deponunt (g) 5) aut si nexus vasalliticus intercedit. (h)

§. XXIII.

Si 6) denique statuto aut lege delibata est libertas.  
Ex quo enim perpetuus miles, nec non academiae eque-  
stres (i) et quaequa alia in germania in valuerunt artis  
militaris addiscendae instituta, tam nobiles subditi, quam  
reliqui omnes eximiam adepti sunt occasionem exerci-  
tii.

(d) I. P. O. art. 8. §. 2. I. P. M.  
C. III. in fine Capit. imp. perp.  
art. 6. §. 4. recentiss. art. VI. §. 4.

1576. §. 34. 1582. §. 31. 1594.  
S. 26. 1641. §. 83. nachdem dem  
auch bekant. 1654. §. 186. STRV-  
BE l. c. §. 3. seq.

(e) Cap. recent. art. 4. §. 14.  
art. VI. §. 5. CAROL. VI. imp.  
Patent kraft dessen alle fremde  
Werbungen, ausfuhrung der Leuz  
te verbothen werden d. d. Wien  
3. febr. 1727. vide Fabri  
Staats-Canzley Part. XLIX.  
p. 478. seq.

(g) STRVBE d. l. §. 5. princ.

(f) R. I. a. 1541. §. und wie  
wohl 1542. §. wiewohl wir auch  
1544. §. 72. seq. 1570. §. 7-8.

(h) Cfr. §. IV. diss. not. s.  
dissentit Perill. STRVBE §. II. l. d.

(i) Primum academiarum  
equestrium exemplar, docente  
fundationis documento, quod  
nunc prodiit in collect. constit.  
Hass. p. 601. fuit Collegium  
nobilitatis a divo MAVRITIO  
1618. Cassellis fundatum.

tiis militaribus aut virtute equestri perpetuo sese oble-  
stanti, abundeque iisdem pascendi. His autem praes-  
suppositis, subditi stipendia apud exterros mereri, tum  
quod germania continuo copias alit, tum quod nullibi  
locorum artem militarem addiscendi meliorem quam  
intra germaniae fines sperare possunt conditionem, mu-  
tata potissimum hodie ratione status (k), summo jure  
prohibentur. (l)

### §. XXIV.

Quidquid libertatis igitur adhuc reliquum est, im-  
medietatis praerogativam vix excedit. Potissimum  
vero jure foederis (m) Statuum imperii exteris Potenti-  
bus suis copias suppetias ferendi, ac peregrinas conqui-  
sitiones militum in suis terris concedendi, hodie  
circumserbitur.

### §. XXV.

Ad negandam alteram quaestionem, an extra mi-  
litiae causam emigrare licet, PRIMO hic faciunt consti-  
tutiones imperii, ut: CAROLI MAGNI *de pace servanda*,  
*et divisi-*

(k) HEUMANN, l. d. Cap. VI.  
§. 4, seq.

(l) MEVIVS ad ius Lubecense  
L. I. T. II. art. II. n. 76. SCHMAVS  
L. III. c. VI. §. XII. ill. HAEBER-  
LIN l. d. pag. 502, not. m. pag.  
660, not. d. pag. 716, not. e. cf.  
etiam §. XVII. diff. not. b.

(m) Vid. capitulat. noviss.

c. I. cf. etiam ill. Joh. Fr. EIS-  
SENHART kleine Schriften II Band.  
I Stück von dem Recht der Städte  
de des Reichs auswärtigen Mäch-  
ten Kriegesvölker zu überlassen.  
Et §. IV. diff. p. 8. not. s. imme-  
diatos quoque Germaniae  
cives pro suis personis apud ex-  
teros munere militari fungi  
minime latet;

et divis. regn. inter fil. fac. (n) ejusque successorum de  
Pfalburgeris promulgatae, quas ex GOLDASTO referunt  
MANZIVS (o) et LVDWIG. (p) Quidquid vero noctem  
tenebrasque rei offert, discutit R. I. a. 1570. Ita res  
est. Cum pristina rei militaris consuetudo atque ordo  
non nisi militaris generis tyrones patiens, irruente in  
germaniam militum delectu, perturbari coepisset, sic,  
ut ignobiliores nunc milites lecti eandem atque nobiles  
apud exterios stipendia merendi facultatem sibi sumerent:  
Imperator MAXIMILIANVS II. de effrenata ac intoleran-  
da horum protervitate, in perniciem Patriae vergente,  
in deputatione imperii a. 1569. conquestus, (q) de eaque  
com-

(n) Praecipimus, ut quemlibet  
liberum hominem, qui dominum  
suum contra ejus voluntatem di-  
miserit, et de uno regno in aliud  
profectus fuerit, neque ipse Rex  
fuscipliat, neque hominibus suis  
consentiat, ut talem recipient, vel  
justo retinere presumant.

(o) C. I. qu. 18. n. I. 2. 3.

(p) Ad A. B. Tit. XVI. §. I.  
not. e)

(q) Hanc caesaream propo-  
sitionem in deputatione Fran-  
cof. declaratam ex ill. JVNG.  
Miscell. tom. v. p. 282. tradit  
Perill. STRVBE I. d. p. 268. und  
konten Sr. Kais. May. zum  
Befchluß bey sich auch gar nicht  
erachten, ob es gleich also zu einem  
gemeinen Werk gerichtet, ver-

löblichen teutschen Libertät  
für abbrüchig oder ver-  
schmälerich verstanden wer-  
den soll weil jader freye Wil-  
le, und die obemangeführte  
unleidliche Freyheit, gutin-  
theils deren, so izo Krieges-  
Leute gehissen sein wollen,  
bey diejen unsern widerwär-  
tigen Zeiten solcher maassen  
überhand genommen daß jes  
auch der bemeldten, sonst an  
ihm lobwürdigen alten auf  
rechten teutschen libertät kein  
Stand im Reich des lieben  
Vaterlandes entgelten und  
dannenhero Landes Verherung  
und Verderbung, es treffe gleich  
Reich oder Arm, gewarren.

comprimenda meditatus, sequente demum anno 1570 (r) in comitiis spiresibus rem eo perduxit, ut ex unanimi placito sagatorum jura ad pristinos majorum mores, ac Equestris instituti cancellos redigerentur. Sic vero libertate castra exterorum sequendi solis nobilibus vindicata, reliquis immo quibuscunque subditis ob aliam caussam emigrandi facultas indubitanter negatur, nisi jus emigrandi obtineat.

## §. XXVI.

SECVNDO huc facit sarcina emigrandi, certissima restrictae libertatis nota. HERTIO judice, *introductum hoc jus videtur, cum territoria magis ac magis propriae possessionis esse coeperunt, partim ut emigrandi licentia coerceretur, partim ut damnum ex civium discessu et facultatum translatione non nihil compensaretur.* Fulcit hanc opinionem, quod subdit ad immitatem a censu emigrationis con-

sequen-

(r) N. A. 1570. in der executiven Ordnung: Wann nun unser und des H. Reichs unvermeidliche Nothdurft erfordert, solchen Dingen zeitlich entgegen zu trachten und zu bedenken, welcher massen nunmehr im Reich, zu vorab teutscher Nation, unsern geliebten Vaterland, die jesiger Zeit zu viel überhand nehmende Freyheit des deutschen Kriegs Volks, etwas einzuziehen, und so viel möglich auf unserer lōblichen Vorfahren alte deutsche Ritterliche Tapfer- und Redlichkeit zu richten

sein möchte. §. 4. da dann diese proponirte Puncten in gebührende Berathschlagung genommen, und tractiret, haben wir uns mit ihnen zuvorderst erinneret, sc. (Quod excerptum dedi §. xxi. diss. p. 35.) §. 5. und was für eti. Jahren, da solche Freyheit in etwas Missbrauch zu gerathen angefangen §. 6. dieweil dann solche einscissende Freyheit, und Missbrauch teutscher Freyheit daraus nichts gutes sondern vielmehr Gemein-verderben, Empörung u. Untergang des Vaterlands zu gewarten, länger nicht zuzusehen.

sequendam viamque sibi ad liberum discessum, den frey-  
en Zug aperiundam, ut de terris Würtenbergicis, Ba-  
varicis et nonnullis civitatibus imperialibus constat,  
pactis conventis, privilegiis ac dispensatione superioris  
aut Magistratus sibi prospicere debeant.. (s) Quantum-  
vis, magnum discrimen inter gabellam detractus, et ly-  
trum manumissionis, Lás Geld, docente LUDWIGIO, (t)  
intercedere, nequaquam negare velimus.

## §. XXVII.

TERTIO meam multum adjuvat sententiam, quod  
minus necessarium fuisse videatur, pacem religiosam  
arque Westphalicam, libertatis germanicae fulcra, sa-  
luberrimo emigrandi beneficio subditis diversae religi-  
onis noviter consultuisse, si germaniae civibus vi antiquioris  
libertatis justa facultas sponte sua abeundi data fuisset.  
Arqui vero ius religionis causa emigrandi in tabulis  
utriusque pacis noviter esse introductum, et verba utri-  
usque pacis "sit concessum ac permisum, (v) aut liberum  
sit" (x) et beneficii nomen, quod juris singularis in-  
dolem indicat, abunde probant. Si deinde vera magis  
libet quam placenta scribere, praeferenda omnino  
hac in re est. (y) Catholicorum opinio, quod non so-  
lum

(s) Instar omnium rem di-  
laciens exponit Vir Excellent.  
Maecenas pie colendus L. B.  
de GRAMER P. VI. Weßlar.  
Nebenstunden, §: 4. in fine, et  
§: 5.

(t) Ad A. B. Tit. XVI. §. I.  
not. f. p. 153. et in tract. de  
jure clientelari. §: 3. c. §: 4. trinu-

que differentia quoque ex §. XI.  
Pacis Religiosae satis elucescit.

(v) Pac. relig. art. XI. et §. 24.  
R. I. d. a.

(x) P. O. art. V. §. 36.

(y) Quaeres, quo inflamma-  
to studio ante scitum atque con-  
fessum P. W. inter Catholicos  
et A. C. addictos sit agitata, vi-

lum terrarum domini jam ante tempora Pacis religio-  
sae subditis facultatem abeundi negaverint; verum e-  
tiam quod ipsam de hac dubia subditorum discedendi fa-  
cultate Pax religiosa contineat decisionem. Illud liquet  
partim ex recessu Tübingensi a. 1514. (z) Ducem inter  
VRICVM Würtembergicum atque ordines ejus provin-  
ciales initio, non obstante recessu inter eosdem Stutgar-  
diae d. 17. Mai. 1520. (a) répetito: partim ex jure pro-  
vinciali Brunsuico Luneburgico partis Quelpherbyta-  
nae, unde denegatae emigrationis exempla circa a.  
1548. 1555. et 1556. in medium protulit Fautor illustris  
(b) FRANC. DOM. HAEBERLIN, summe venerandum juris  
publici germanici decus, nec non ex ordinatione pro-  
vinciali Hennebergica a. 1539. promulgata, (c) torque  
aliis

dere est apud MEIERVM in actis  
P. W. T. II. Catholici negamat  
facultatem abeundi occasionem  
paci religiosae dedisse aiebant  
p. 725, Protestantes contra id  
naturalis libertatis esse conten-  
debant p. 743. ad a. 1646. re-  
gerunt ad haec Catholici p. 753.  
Protest. denique media com-  
pos. proponunt. p. 570. n. 9.

(z) §. Damit auch, in verbis:  
doch also daß in den nächsten 5  
Jahren niemands von der Land-  
schaft aus dem Lande ziehe vide  
Joh. Fried. Eissenbach Ge-  
schichte und Thaten H. Ulrichs  
von Würkemb. Tübingen 1754.  
4. p. 211.

(a) Eissenbach c. 1. §. 16.  
p. 265. ubi ordines provincia-  
les Würtembergici Imperatori  
supplices referunt, quod ta-  
men in terris hereditariis ipsius  
Imperatoris discessus subdi-  
torum non sit prohibitus: Ve-  
rum id neque universalem  
consuetudinem reddit, neque  
inde constat, utrum impera-  
toris subditis sine superioris  
consensu, aut extra germani-  
am abire fuerit permisum.

(b) L c. p. 716.  
(c) Edit. Meinung. 1720.  
4 B. 5. Cap. 3. §. 2. 3. §. 191.  
seq.

F

aliis Procerum germaniae constitutionibus urbiumque statutis: partim ex antiquiori usu census emigrationis, quem minime fallacem restrictae libertatis esse notam antea dixi (d). Hoc vero (non obstante illorum objectione, qui, solam in recessu imperii a. 1555. §. 24. excitatam querelam, ne emigraturi novo ac inconsuetu onere premantur, fuisse decisam existimant inde constat, quod duplex occasione pacis religiosae obmotata videatur controversia: una de gravamine aucti et exaggerati census detractionis, altera de subditorum facultate abeundi. Sic enim in dicto recessu res est decisauit subditis Statuum imperii religionis causa migratione quidem convenienter redemptionis pretio, et detractionis censi fit concessa: addita tamen hac distinctione, ut quoad mancipia sit dominorum arbitrio relictum, utrum illa manumittere velint, nec ne (dd). Fac igitur nullam tunc temporis de liberorum hominum recessu fuisse disceptationem: id absurdum inde sequeretur, ut lex imperii inanem ac lepidam inter liberos ac proprios homines adhibuerit distinctionem: inde vero, quod recessus Imp. nec quidquam juris domino competentis circa servorum manumissionem immutaverit, certo certius sequitur, abeundi facultatem non nisi liberis hominibus fuisse concessam. At in Pace demum

Osnab-

(d) Hertius usum gabellae detraet, jam circa a. 1411. probat, et R. I. a. 1512. § und soll solche et 1530. §. 30. pace religiosa antiquiores, hunc censem antiquam consuetudinem vocant.

(dd) R. I. a. 1555. c. l. doch soll den Obrigkeit an ihren Rechtigkeiten und Herkommen der Leibeigenen halber dieselbigen ledig zu zählen oder nicht hierdurch nichts abgebrochen oder benommen seyn.

Osnabrugensi (*e*) fuit cautum, ne spontaneam suscipientibus emigrationem servitutis aut ullo alio practextu impedimentum inferatur.

## §. XXVIII.

Vtut vero res magni ponderis, nec minoris moliminiis esse solent: ita et haec sententia, quae praeципiam civium libertatem concernit, tricis dubiusque maximis involvitur, quae, si enarravero, in animadversionibus expediam. Etenim neque *i*) obstat, quod plerique juris germanici publici ac privati interpretum, qui hanc tetigerunt controversiam, hanc libertatem indistincte germanis vindicent. (*f*) Sunt ex his nonnulli tam antiquioris quam nostri aevi scriptores, et suis meritis illustres, et maximi nominis viri, ut: DIET. DAM. VON BVRGSDORF vulgo Buxdorf. ad A. B. cap. XVI. lit. f. juris utriusque monarcha, MATHAEVS DE AFFLICTIS decif. 384. ARVMNAEVS ad A. B. C. 4. m. 2. eff. 6. n. 131. GAILIVS L. 2. obs. 36. n. 7. MYLER AB EHRENBACH de princip. et stat. imp. P. 2. c. 63. SCHWANMANN l. c. KNIPSCHILD de jur. et priv. civit. imper. L. 2. c. 20. n. 2. CASPAR HENR. HORN. l. d. MANZIVS in decis. Palat. P. II. qu. 18. p. 114. seq. MEVIVS ad jus Lubec. L. I. tit. II. art. II. n. 69.

F 2 SIMON

(*e*) Art. v. §. 37.

(*f*) Attamen vero hi ad unum fere omnes, praeter MYLERVM AB EHRENBACH, KLOCK, SCHEPLIZ, RVMMEL, KNIPSCHILD, qui statutum discessum e civitate prohibens pro nullo et libertati obnoxio habent, Principi jus prohiben-

di concedunt, et plures quoque dari casus fatentur, ubi emigratio subditis haud sit permissa. MEVIVS ET STRVBEN l. d. quorum objectioni autem, quod in regula civibus e civitate discedere liceat, in sectio-ne antecedente anteverimus, iam de nomothesia germanica.

SIMON I. d. KRESS, de jur. officiorum et officialium c. 6.  
 §. 7. W. A. LAVTERBACH vol. II. disp. LXXII. de domicilio  
 cap. IX. th. LIX. n. 212. seq. LUDWIG ad A. B. tit. 16. §. 1.  
 seq. HENRIC. HILDEBRAND de resignatione homagii c. I.  
 et de jure civium orig. c. III. §. fin. CHR. FERD. HAR-  
 BRECHT de jure principis circa artes subdit. §. I. n. Linstar  
 omnium vero germanorum libertatem strenue defen-  
 savit vir suis meritis excellens, Procancellarius DAVID  
 GEORGE STRUBEN in den Nebenstunden P. III. obs. 18.

## §. XXIX.

Neque II) quod Doctores, quos antea nominavi, su-  
 am ex legibus imperii tueri videantur opinionem. Alii ex  
 pace religiosa et Osnabrug. (g): alii ex sanctionibus §.  
 XX addictis, (h) adjecto R. I. a. 1594. §. 89. und so viel  
 et §. 92. also auch (i): alii ex dispositione A. B. Tit. XVI.  
 §. 2. et antiquissimis §. XXV. jam memoratis imperato-  
 rum

(g) In quibus saltim illud  
 flebile ob caussam religionis  
 emigrandi beneficium est in-  
 troductum. Tantum vero ab-  
 est, ut quisquam inde liberri-  
 mam omnium ex quacunque  
 eaussa discedendi facultatem  
 probare possit; ut potius con-  
 trarium inde jam prolixius  
 commonstraverim §. XXVII.

(h) Et hanc erroneam esse  
 opinionem patet ex §. XXI seq.

(i) Quaestionem an bona  
 emigrantium arresto sisti pos-

sunt, recte affirmat SCHWEDE  
 in iure publ. part. spec. Sect.  
 II. Cap. XV. §. 4. his in verbis:  
*ut igitur nec constitutio imperii su-  
 per arrestis hic allegari queat, aut  
 locum habeat.* Vix enim illa  
 constitutio, quae emigrantium  
 bona arresto sistere vetat, ex-  
 tra caussam religionis est exten-  
 denda: neque religionis caus-  
 sa emigrantes adjutat, nisi sub-  
 dicti decimationibus substantiae  
 secum exportandae plus justo  
 extensis praegraventur. I. P. O.  
 §. 37.

rum constitutionibus de pfalburgeris promulgatis (k):  
alii

(k) Objicitur praeprimis a MANZIO alisque CAROLVM M. constitutione sua magis inter filios ac inter alios quicquam statuere, atque inter ipsos maiorem concordiam stabiliti voluisse: omnem in iisdem constitutionibus esse quaestione de Pfalburgeris; neutiquam vero A. B. germanis adimisse facultatem corporaliter atque realiter alibi transeundi. Verum tamen verba constitutionis CAROLI M. interpretatione MANZII clariora, discessum civium extra imperium vetant. Reliquum in antiquissimo germaniae statu nobiles atque ingenui libertate, ut antea dixi, exterorum sequendi eastra trahabant; servi vero, quos homines proprios vocant, omni aestate perpetuo cohaerere fundo sunt coæti, cui adscripti deprehenduntur. STAM de serv. persf. L. III. c. 20. n. 8. At cum Imperatores fines imperii ac Proceres germaniae initia superioritatis territorialis tueri coepissent: subditi parum potentis domini, malo diffidationum ingemiscentes, aut potentioris aut civitatis imperialis tutelae se committere,

auf corporaliter alibi transire cogebantur; ii vero, qui sub jurisdictione aut regimine ducis atque potentioris principis vivebant, tutelam exterorum quaerere, aut alio feso conferre, nunquam ausi fuerunt. Quod igitur in causa esse videtur, cur quondam in sola fere Alemannia non vero in reliquis germaniae provinciis Pfalburgeri fuerint cogniti, et cur neque emigrationes e terris Daci et cuicunque potenti Principi subiectis crebriores esse potuerint. Adeo in vindicandis suis juribus tenacissimi fuerunt Status imperii, ut in A. B. subditos jugum originariae subjectionis abjecere quaerentes cum belluis aequiparaverint. Licet vero A. B. illos, qui corporaliter ac realiter alibi transeunt, pro Pfalburgeris haberi nolit: nec inde tamen sequitur, discessum sine superioris venia unquam civibus fuisse liberum. Sic suo se jugulavit gladio LVNWICIVS c. l. not. m. interea cives intra fines germaniae ex una civitate in aliam saepius transmigrasse docet Perill. PUFFENDORF T. I. obs. 80. p. 195. seq.

alii denique ex ordinatione camerale P. II. Tit. 14. (l)  
§. XXX.

Neque III) adversatur, quod hac in re ad inventeratam et indubitatam observantiam tanquam ad asylum libertatis germanicae confugiant (m). Neque IV) quod non nulla Iudicij imperii aulici praejudicia sibi praesidio esse jubeant, ut: 1) conclusum d. 10. jan. a. 1736. In Sachen des Stifts Basel Stände und Unterthasnen wider den Herrn Bischof alda / (n) quod exstat in ill. MOSERI ältern und neuern Reichs Hofraths conclus. P. I. p. 15. 2) conclusum a. 1732. In Sachen des Handelsmann Buck zu Nürnberg wider den Magistrat daselbst. (o) conf. MOSERI Auserlesene R. H. concl. Stück I. p. 407. 3) conclusum d. 8. mart. 1733. In Sachen Schum wider den Kd. nig

(l) Loquitur ordinatio camerale i. c. de subditis ob causam caussam aufgientibus. Quo igitur conatu, ex verbis: daß dießelbe ausgetretene Dräu er keine Freiheit seßuhen soll, non maleferios facultatem discedendi habere, quisquam colligere velit, nescio.

(m) jus prohibendi emigrationem ab arbitrio Principis dependet: Ergo jus negativum praecedit, sic, ut observantia subditis praesidio esse nequeat. Excell. L. B. de Cramer opusc. VIII. T. II. et Nebenstunden P. VI. §. 1, S. 7. f. 2. sg.

(n) Ex his verbis: nachdem der Herr Bischof sich erklärt, daß er den Untherhanen des Stifts niemals verbotten, auch nicht zu verbieten gedenke, Kaiserl. oder Reichs Militair-diente anzunehmen dilucide patet, Episcopum tamen subditis apud exteros stipendia mereri, nec non extra caussam militiae discessum facere abnuisse.

(o) Hoc conclusum easum presupponit specialissimum, ideoque mihi quidem obviare non videtur. En verba: Zu mahlen noch Gelegenheit der dies- fäls fürwaltenden Umständen.

nia von Preussen als Herzog von Magdeburg, (p) quorum omnium summam dedit necessariam Perill. STRUBEN c. l.

§. XXXI.

Neque V) argumenta, quibus ad tuendam suam opinionem utuntur, mihi obviant illativa, ut: 1) pactum inter Episcopum Ratisbonensem et Ducem Bavariae a. 1213. ictum, quod exhibet LVNIG. in archivio imperii part. spec. cont. 2. Unter-Pfalz und Bayern p. 126. (q) 2) Litterae a FRIDERICO I. Rege Borussiae d. 11. Ianuar. 1703. ad LEOPOLDVM Imperat. missae. FABRI Staats-Canzley P. VIII. p. 861. (r) 3) Privilegium Praefuli Mo-

(p) Cf. §. XIX. cui SCHVM-MIO, Parochi Magdeburgensis filio, frustra, exacto studio academico, a Rege studiorum praemium et congruam pro sua condione petenti sustentationem, ideoque oblatum sibi caussarum patrocinium in terris Hadelen-sibus et munus Actuarii in dictione Hamburgensi suscipere coacto Borussici conqueritores propterea, quod rarae magnitudinis corpore esset, insidias struxerant: Magistratus vero Hamburgensis, hac de re in judicio imperii aulico conquestrus, in caussa obtinuit. Sed quid mirum, ubi justa praecessit emigrandi caussa ob quam vi tacitae permissionis emigrare licet? (§. XV.) At liberum

guntino

hominem contra jus fasque aut retinere, aut abeuntem vi revocare velle, servitutis ne-dum liberi arbitrii indicium est, quod pugnat cum libertate germanorum, adeo, vt qui-vis subditus hac de re justam conquerendi caussam habeat.

(q) Verba sunt: "Neuter e- orum debet vasallum et mini- steriale vel hominem alte- rius sibi in castellatum vel quoconque alio modo assu- mere nisi de ipso alteri velit justitiam exhibere." Inde vero hoc inter Episcopum et Ducem, ne subditi tutelae unus in praejudicium alterius fese committerent, convenisse patet.

(r) Quidam juvenes nobiles a KAEKRIZ, equites Silesiaci, Re-

guntino eum in finem ab Imperatore concessum, ne subditi ejus in alterius potestatem discendant (s) LAMMERZ de praeminentia sedis Moguntinae §.32. 4) Recessus inter Principes arque ordines provinciales initi, quibus plerumque caveri solet, ne subditis libertas ullo modo delibetur. (t) 5) Objiciunt, quod Principes alioquin sua abuti possint potestate. (v) 6) Omnem rei decisio-

gi Borussiae ministrantes, a regimine Wolaviensi revocabantur. Rex autem eodem jure hos retinebat, quo SCHVMMIVM revocasse antea dixi.

(s) Evidem vero exempla haud defunct, quae, Imperatores quicquam lege publica saepius sanxisse, quod deinde vni vel alteri ordinum imperii per privilegium speciatim firmarunt, probant. Sic quamvis Imperator atque Status imperii iam a. 1356. in Comitiis imperii Pfalburgerorum procaciam fre-gissent: speciale tamen privilegium Episcopo Argentorati fuisse concessum, ne quis subditos ejus recipiat, docet LUDWIG in comment. ad A. B. tit. XVI. not. r) seqq. Sic simili quoque privilegio sedes Moguntina in suis terris retinendi subditos potestatem obtinuisse videtur, quo, tempore medii aevi ordinibus imperi-

quam saepius superioritatis territorialis partes ab Imperatoribus sunt concessae, quod instar omnium expedivit perill. STRYBEN IV. Thl. der Nebenlynden XXII. Abhandlung vom Ursprung der Landeshoheit.

(t) Sub libertate subditorum in genere facultas emigrandi non continetur, nisi de hac in specie aliunde constet.

(v) Tantum abest, ut placentia principum abreptus emigrationem dissuaderem, ut potius filum reipublicae bene constitutae ducens, principem potestate sua abutentem iuri emigrandi ansam praebere plures dixerim; subditi autem de Princepe, populi fidem injuria, libertatem servitute, et a morem odio fere tyrannico remunerante in supremis Imperii Tribunalibus iusto conquerantur. STRYBEN Vind. juris vendandi Nobilit. Germ. §. V.

decisionem ex jure Romano (x) petendam esse existimant.

§. XXXII.

Sic neque subditis germaniae mediatis sub praetextu stipendia apud exterros merendi, neque ob aliam causam, nisi jus emigrandi obtineat, sine superioris permisso fines germaniae animo patrios relinquendi lares transgredi esse liberum, nequitiam vero vitio dedisse MAXIMILIANO II. Imperatori, quod, cum pro salute germaniae publica in prohibenda emigratione excubaret, libertatem germanicam delibare animum induxit, idcirco hanc quoque fictam et nullius roboris ac momenti esse objectionem, fucatamque omnem quam sibi hac in re arrogant libertatem, me planum fecisse abundeque demonstrasse arbitror. Sic vero de summa justitia Caesarei Edicti, Viennae d. i. Jul. a. 1768. signati, in frangenda germanorum emigrandi audacia, a tempore ultimi belli corroborata, servata et ab omni objectione hominumque injuria vindicata eo magis laetor, quo felicior JOSEPHO II. Iustissimo ac Augustissimo Imperatore est Germanorum populus.

MEM.

(x) Magis ridetur hodie applicatio juris Rom. in jure publ. Germ. FÜRTTER. I.C. §. 171. Nec, si a transmigratione ex una in aliam Romanorum provinciam discesseris, tantam fuisse liber-

tatem, quallem ex CICERONE vulgo monstrare conantur, inveneris. SIMON I. d. th. 3. c. 1. pag. 622. n. 5. 6. SCHEFFER S. 7.

G

MEMBRVM III.  
IURE RERVMPVBLICARVM GERMANIAE  
SPECIALIVM.

## §. XXXIII.

Ius publicum germanicum in genere excipit speciale. Quemque autem Statuum imperii suos subditos, ne in alterius discedant territorium, justo coercere posse haud dubito, cum quisque Status in suo territorio tantum valet, quantum Imperator in imperio. Atque adeo leges Statuum emigrationem in genere prohibentes hanc quoque prohibitionem tacite continere eoque in dubio esse interpretandas adfirmo. Subditi Witgensteinenses cum a. 1725. catervatim in terras Brandenburgicas discederent, Comes hos civitatis desertores severis persecutus est sanctionibus: Et divus CAROLVS Hassiae Landgravius tunc eandem, quam, seditione subditorum in alterius Ordinum imperii territorio oborta, constitutiones imperii praecipiunt, Comiti Witgensteensi talit opem; ipse vero suos simul subditos, quantumvis singuli emigrabant, eo discessuros coercuit. (y)

## §. XXXIV.

Vix tamen Status imperii justo illos remorari vindentur subditos, qui sub hac conditione, ut totius imperii servitio, sive civili, in supremis imperii Tribunalibus; sive militari, in exercitu imperii sese consecrarent, discedunt. Hanc tueor sententiam concluso Consilio imperii aulici: in Sachen der Stiftischen Unterthanen iwis der

(y) VI constitutionis d. 27. August. a. 1725. promulgatae.

der den Herrn Bischof von Basel. (z) Nisi emigraturus singularem profiteatur rerum domesticarum (a) seu patriae suae peritiam; aut quod ipsi status sive ad tuerendas suas provincias, sive ad parandum militum numerum cuique pro sua cuiusque circuli conditione impositum subditorum copia indigeant.

### §. XXXV.

Tam vero Status imperii in restringenda emigratione legislatoriam exercuisse potestatem, quam civitates quoque mediatis vi autonomiae resignationes civium ad nonnullas conditiones et consensum magistratum adstrinxisse, germania exemplis abundat. Exstant hujusmodi prohibiciones, ut nonnulla ex omni ordinum genere exempla in medium proferam, in Electoratu Brandenburgico: (b) in Ducatibus Holsato Götторpiensi (c) et BrunsuicoLunenburgico partis Quelpherbitanae: (d) in Landgraviatu HassoCassellano: (e) in Comi-

(z) Cujus §. XXX. not. (n) mentionem feci.

(a) Modo Imperans discessuri rationibus simul boni consulat, easdemque, quae eidem alibi obveniunt, praefet conditiones.

(b) Lex regia d. 17. Novbr. 1765. promulgata et in regula ad vasallos et militiae adscriptos restricta.

(c) Teste AD. HENR. LACKMANN in der Einleitung zur

Schleswig Holsteinischen Histor. Th. II. S. 452. et 459. n. ee)

(d) Illustr. HAEBERLIN in annotat. ad Schmauß. p. 716.

(e) De Hassia quidem FERRARIUS MONTANVS in usu feudorum L. 6. c. 3. circa fin. p. 163. naturalem testatur emigrandi libertatem ibi legibus et moribus adprobatam; sed contrarium evincent Rettter in den Hess. Nachrichten 2t. Saml. S. 222. et ordinationes patriæ,

Comitatibus Hennebergico(f) et Witgensteinensi. (g)  
 Ex statutorum multitudine et quidem civitatum imperialium, Lubecensia, (h) et Eslingensia, (i) quibuscum Argentoratensia (k) conspirant; mediatarum vero civitatum, Lauenburgica (l) et Osterotensia (m) hoc referre libet. Quod reliquum est id omnium provinciarum est commune, ut nemo subditorum neque in iis terris, ubi census viget emigrationis, quem nec immerito univer-

salem

quas celeberr. KLEINSCHMIDT ad haec tria retulit capita 1) gegen die fremdbe Verbungen, 2) die Ausstretung außer Landes ins herhaupt, 3) die Abneigung frembder Kriegsdienste, earumque dedit indicem in der Samlung Hess. Landesordn. S. 498. ubi sub lit. f. pro  $\frac{1}{2}$  Mart. 1732. legendum est  $\frac{1}{2}$  Mart. 1732. His adde totidem ordinaciones, a) d. 1. Febr. 1688. b) 27. Ian. 1701. c) 4. Ian. 1717. d) 4. April. 1725. e) 27. Aug. 1725. f) 3. Jun. 1727. g) 1. Jul. 1740. h) 27. Maij 1748. i) 27. Febr. 1753. k) 12. Febr. 1756. l) 20. Februar. 1760; aequo promulgatas, quas pars posterior collectionis exaequabit. Refer hoc etiam bina rescripta Consilii rerum bellicarum illustris, quod est Cassellis; unum quod d. 16. Febr. 1748.

et alterum quod d. 22. Nov. 1743. prodiiit, ut taceam avocatoria caesarea, e. g. d. 7. Decembr. 1702. a Seren. H. L. publicata.

(f) Henneberg. Landesordnung. Meinungen 1720. 4. B. 5. C. 3. §. 2. 3. S. 191. seq.

(g) S. XXXIII. dissert.

(h) MEVIUS ad jus Lub. I. c.

(i) KNIPSCHILD de jure et priv. civit. L. 2. c. 29. p. 161.

(k) Straßburger Bürgerordnung, Tit. vom Bürgerrecht auf sagen und Straßburger Schwörbrief circa fin. SCHMIDT de cenu emigr. p. 6. et 29.

(l) PUFEND. T. III. obs. p. 290. in app.

(m) Art. XII. PUFEND. T. II. p. 247. in app.

salem appellant consuetudinem, (n) neque in iis, ubi  
obtinet der freye Zug, (o) sine superioris aut magistra-  
tus permisso discedere queat.

## §. XXXVI.

Jam satis de jure emigrandi. Restat, ut nunc de  
crimine emigrationis in sectione quarta verba facerem.  
sed multis praepeditus causis, quominus promisso sta-  
rem, reliqua in specimine altero pertractare apud ani-  
mum constitui.

(n) *Magnificus ac Perill.* primus Academiae Marburgen-  
sis Cancellarius, ac immortale  
decus *Jo. Ge. Ester* in der  
bürgerl. Rechtsgel. der deutschen  
Th. 2. S. 347<sup>2</sup>.

(o) *HARPRECHT* de jure emi-  
grandi restrictio S. 13. et 16.

## COROLLARIA.

*Perpetua Hebraeorum ex aurium perfoctione servitus ad  
Sponsorem nostrum IESVM CHRISTVM non est re-  
ferenda.*

*Finis Iuris Canonici non est aeterna beatitudo.*

*Vocatio ad Ministerium presentationi non inest, nisi spe-  
ciali titulo sit acquisita.*

*Ius circa sacra Majestaticum prorsus diversum est a Iure  
Episcopali abusive sic dicto, quod Principes Evangelici  
ex consensu Ecclesiae ejusdem religionis in easdem  
exerceantur.*

Puer

Puerpera secundum VLPIANVM (\*) sana vigiliis non e-  
get, quas homines nobilium praediales s. proprios ce-  
teroquin ob familiae valetudinem noctu agere oportet.

(\*) in L. 2. §. 4. D. si quis caut. et L. 14. §. 2. D. de ac-  
dil. edicto.

*Fatua* est etymologia vocis Cattorum a nonnullis prodita.  
Virtuti gentis id convenit nomen. Rectius a Celta vel  
Gallico Cat, derivatur, quod sine bellum sine vineam s.  
machinam bellicam, quae faciebat duci ad suffodiend-  
um murum, denotat. Saepius autem Germanorum  
populi ab instrumentis bellicis cognominari solent.

#### ERRATA EXTANTIORA.

- Pag. 6. not. l. lin. 2. 1787. lege 1687.
- 10. — — 12. intrinfecam lege intrinsecam.
- 11. not. b. lin. 18. affixum lege affixam.
- 12. not. c. in fine 3. St. 1768. 8v. p. 639. l. d. §. 4. lege  
Götting. Anzeig. 1768. Stück 8 S. 639. dele l. d. §. 4.
- 15. not. i. lin. 1. vide lege videatur.
- 16. §. X. lin. 4. satisfacturus leg. satisfacturum.
- 24. not. e. lin. 6. ex indifferentia actionis lege ex in-  
differentia actionis collecta.
- 25. not. g. lin. 1. hanc lege hunc.
- 32. §. XX. lin. 9. Maecenas Excellentissimus L. B. de  
Beehr leg. Mathias Ioannes a Beehr.
- 34. lin. 6. vernacula nostra lege vernacula lingua.
- 42. — 7. existimant — existimant)



(X225 7030)





525  
5  
SISTENS  
DE

ATIO POLITICO-IVRIDICA INAVGVRALIS  
SISTENS  
DE

# E SVBDITORVM EMIGRANDI

1769,1.  
RIMIS EXTRA TABVLAS PACIS  
WESTPHALICAE RESTRICTO  
SPECIMEN PRIMVM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
ISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE  
DOMINO  
MINO FRIDERICO II.  
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQA

IN ACADEMIA HASSO-SCHAIVENBURGICA  
IS IVRECONSULTORVM ORDINIS INDVLTV

PRAESIDE  
VIRO ILLVSTRI ET CONSULTISSIMO  
EINH. ABRAH. MOELLER

CT. ET PROF. PVBL. ORD. ORDINIS SVI H. T. DECANO  
O AC PRAECEPTORE SVO AETERNUM COLENDO  
PRO LICENTIA  
IN VTRQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA DOCTORIS  
LEGITIME CAPESSENDI  
ILLENTISSIMORVM ACADEMIAE PROCERVM  
PVBLICO EXAMINI SVBMITTIT AVCTOR  
INES CHRISTOPHORVS KRG  
NIDERZELLA - HASSVS.

D. IVNII cib CCL LXIX. H. L. Q. S.  
NTELII IMPRIMEBAT I. G. ENAX, A. T.